


Q. D. B. V.
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO AVGVSTO,
PRINCIPE REGIO ET ELECT. SAX HEREDE,
EXERCITATIONEM ACADEMICAM
DE
**FANATICIS, IN
RECTAM RATIO-
NEM INVRIIS,**
IOACHIMI LANGII
MEDICINAE MENTIS
OPPOSITAM,
PRAESIDE
M. IOANNE IACOBO FERBERO,
ARGENTORATENSI,
SS. THEOL. CANDIDATO ET AMPLISS. COLLEG.
PHILOSOPH. ADVNCTO.
FAVTORE AC STVDIORVM SVORVM AMPLIFICATORI
SVMMOPERE COLENDO,
AD DIEM XIX. APRIL. A. C. M. DCC X.
IN AUDITORIO MAIORI
PVBLICE TVEBITVR
IOANNES GODOFREDVS MEHNER;
FREIBERGA HERMVND. SS. THEOL. C.
WITTEBERGÆ,
Prelo **GODERITSCHIANO.**
a. XXXIII. 26.

Coll. diss. A
33, 26



V I R O
PRAECELENTI AMPLISSIMO QVE, PRAEFIDI
HVIVS DISPVVTATIONIS
LAUDATISSIMO,

S. P. D.



Osti illum, contra quem merito pugnas',
Virum ingeminasse haetenus illud, & nobis
velut occentasse dicterium, ad stipulari no-
vae isti(fratrum Longorum, ut ad veterem
Te Historiam remittam) doctrinæ tantum
non omnes Augustanæ confessioni addictas Academi-
as, solam nunc Vittembergensem cum Balthicis duabus
tueri pristinum, sed deseri ab omnibus, hasque prope-
diem, subtracto omni consensu, esse exspiraturas. Tu
nobis, P R A E C E L L E N S A M P L I S S I M E Q V E
V I R, viuum ad illa scommata responsum eris, qui non
solum voce literisque, de Celeberrimorum Theologo-
rum Argentoratensium consensu cum veteri doctrina,
& aversatione perniciosarum novitatum, quibus Eccle-
sia nunc vexatur, certissimos nos fecisti, sed ipse singula-
ri animo aggressus es obiectionis auctorem, Virum se-
mel iterumque frustra monitum, sed in errore magno,
proh dolor! illorum, quibus Doctor datus est, cum de-
trimento pertinaciter hærentem, duroque nodo durum
quæsivisti cuneum. Quamvis intelligas ipse, vanam
esse, isthanc cantilenam, neque, si vel maxime vera fu-
erint,

A

quæ narrat, meliorem idcirco eius causam esse futuram ;
qui sciat, quid olim evenerit Ecclesiæ &, mutatis circum-
stantiis, paria subinde fieri, fateatur. Sed &, factorum
veritate illum destitui, in proposito est, atque vel in istis
Academis, quas citat, publica sunt nuper contra ipsum &
pro veritate lata testimonia. Non vincemus autem co-
pia, sed rerum argumentis & sanctissimæ veritatis præ-
ficio. Huic Tuas porro operas consecrato, AMPLIS-
SIME VIR, reversusque (quod feliciter fiat!) in Pa-
triam, de fraterno Saxoniorum Theologorum conser-
fu Argentoratenes Tuos certiores redde. Vale, in Do-
mino FAVTOR HONORANDE. Scribebam.
Dresden, menie Aprili, A.C. clccc X.

VAL. ERN. LOESCHERVS,
CONSILAR. ECCLES. ELECT. ET
SUPERINTEND. DRESDENS.
A

PRAEFATIO.

Nonquam alacriori animo Divi nostri LUTHERICĀ
theoram concendo, & controversias, ad Philosophiam
spectantes, sub publicum eruditorum revoco examen,
quam, cum pugnandum est mihi contra Fanaticos, & impios
Pietistarum socios, qui hinc inde harent, & horrendos fovere
errores non erubescunt. Quamuis enim in veterum scriptis
Philosophorum talia quoque reperiantur, que cum veritate
haud amite conspirant, sed ipsi subinde refragantur, adeoque
examine Philosophico digna sunt, nihilominus tamen malo ad
istas potius aggredi docendi rationes, quibus novatores Pieti-
stae utuntur, qui in eo præ veteribus, in primis Platonicis,
prærogativam obtainere videntur, quod illis sint stolidiores, dum
non solum & que cum istis in rectam rationis lensum peccant,
fanaticaque dogmata propalant, sed etiam crassiores fingunt
errores, & indies in maiora prolabuntur deliria, ut dubitari
amplius vix possit, recto illos iudicio gaudere. Ita, prob dolor!
corruptum est hoc seculum, & in ea etas nostra incidit tem-
pora, que longe sunt tristissima faciemque præ se ferunt hor-
rendam, & nisi Deus malo huic medeat, quod Fanaticorum
collusies ubique locorum spargere studet, mundum tam cito fa-
naticum fuisse factum, admirabuntur multi. Qui Veritati
ac Pietati sincere student, malevolorum eiusmodi hominum af-
ferta ac dogmata iure meritoque detestantur ac profligant, eo-
que maiori zelo, quo pestilentiora illa deprehendunt, & studi-
osa iuventuti perniciosa. Quamobrem constitui mecum
in præsenti iure certamen cum Fanaticis, in rectam ratio-
nem iniuriis. Faxit Præpotens ac Immortale Numen, ut o-
mnia feliciter succedant.

S. I. Cum



Vm in conscribenda hac Dissertatione Academica
me oporteat esse brevem ex DN. RESPON-
DEN TIS voluntate, sufficiet in præsenti, veluni-
us solum Fanatici ~~utroque~~ erroneous refutare, &
initium laboris huius fecisse, quo ad ceteros quo-
que in exercitationibus aliis transitus fieripossit.
Inscribitur autem thema, quod ad disputandum
proponitur, *de Fanaticis, in rectam rationem iniuriis*, cuius ventilatio-
nem Philosophis iure competere, nemini dubium esse potest, qui secum
perpendat, rectam ad rationem omnia esse revocanda Philosophorum
asserta, eademque minime pro veris esse habenda, si, ipsi tanquam nor-
mæ & regulæ contrariantur, Neque aliter docent Cartesiani, qui, Ra-
tionem Philosophiæ sustinere vicem, passim in scriptis suis fatentur, quam
vis negari non possit, accuratiore loquendi modo hæc duo esse distin-
guenda. Ratio enim Organon designat, ope cuius homo e naturalibus
seu rebus creatis Philosophiam format, quo ipso non intelligitur ratio in
idea, quæ ante hominis lapsum in statu innocentia locum habuit, & per-
fecta admodum fuit, sed illa in natura attenditur, quæ nunc in homi-
nem, post tristissimum eius a Deo secessum, cadit, ac imperfecta valde &
sauciata audit in naturalibus, plane vero & plene in spiritualibus cæta.
Philosophiæ autem voce effata seu Philosophemata insigniuntur, quæ
proprie id, quod Philosophia dicitur, constituunt, quæque de rebus
creatis ratio format, ut proinde non solum relationem dicant ad natu-
ram sive res creatas, verum etiam ad rationem, qua mediante, ex obie-
ctis illa colliguntur. Et ita ratio in Philosophia causæ nomine venit, phi-
losophemata vero effectus rationis sunt, quos illa producit. Quam ta-
men differentiam non adeo in præsenti urgeo, sed rationem cum Philo-
sophia, ad mentem recentiorum Philosophorum, coniungo, ut sensus
thematis sit, *de Fanaticis, in rectam rationem, seu veram Philosophiam,*
iniuriis.

COLLEGE II. Quinam vero per Fanaticos sint intelligendi, non immerito quæri-
potest? Si Philosophi consultantur, parum illi solliciti sunt de hoc homi-
num genere, cum quo potius Theologis est certandum, qui integra
scripta contra Fanaticos ediderint. Orlgo vocis huius commentator a

g. I. Cm

fa-

fariis petitur, in quibus olim commorabantur Fanatici, teste *Desiderio Heraldo in Animadvers. ad Arnob. Lib. I, pag. 22.* vid. Magnif. Dn. D. VVERNSDORFI Prælectiones Anti-fanaticæ, §. 1. & seqq. Græcis *ἱερατικοὶ* sive *ἱερόθεοὶ* dicuntur, quæ vocabula tam ad hanc, quam ad malam, trahi possunt significationem, quamvis in confessosit, hc die eiusmodi *ἱερατικοὶ*, sive Fanaticos malæ esse notæ, & a Theologis per illos defungi Pietistas, quos ita describunt, eos esse tales homines, in extera Ecclesia Lutherañt societate viventes, qui pietatem, quam simulant, illegitimis promovere student modis, quo confusionem in veram in troducant religionem. Vel brevius, si quis ad definitionem Sophistæ Aristotelicam, a proprie petitam, & cap. 2 propositam, respicere velit, hunc in modum delineare illos potest, esse hypocritas, ab apparente, non existente, Pietate. *Quemadmodum enim, verba sunt B.Dn.D.DANN-HAVERI, in Idea Boni Disput. & malitiosi Sophist. Sect. 2, p. 130, Sophista proprietates duas sunt, primo luci cupiditas. Venalem enim profitetur sapientiam, dum iniustissimarum causarum Patronum agit, in perniciem proximi, sui vero marsupii salutem. Ejusmodi Sophistas qui querit, non iacet Diogenis lucerna. Secundo usvōdoξia, quando sapientiam profitetur apparentem, non tamen existentem, adeoque sub vanitatis signo stipendi meretur. Simul ac enim de modica eruditione sibi est conscius, illico simiolum sui catuli fallunt, & iam se cum esse arbitratur, qui vel cum doctissimis certare possit. Hoc superbia typho inflatus, incidit in facultates superiores, tumultuantur, & quam eeu canis e Nilo degustavit aquam, illuc deportat ad nivea Theologie cum primis carbaso saliva petulanti demigranda, cumque turpe esse existimet, de novo se aliquid discere, ignorantiam suam supplet Sophistica vanitate, quin eo progrederit audacia, ut, quia πανεπιστημονα se iactitet, cum Sophista illo in Gorgia Platonis gloriari non erubescat. & δεῖς ἡ τε ἵππη μάλα θεῶν αὐτοῦ τε, ἱερῶν. Nemo a multis annis me aliquid novi quasivit. Ita etiam in Fanaticis & Pietistis hodiernis eadem deprehendere licet vitia, quæ si accommodentur ad Theologiam, vivis quasi coloribus verba in medium allata illos exhibent depictedos. Quis enim ex eruditorum numero est, quem lateat, iniustissimarum Pietistas causarum agere Patronos, & execranda in lucem edere doctrinæ capita, quæ in perniciem hominum animarumque exitium vertunt. Neque tam exiguis perversorum eiusmodi tenebris onus reperitur numerus, ut ad illos inveniendos indigeamus Dioge-*

nis lucerna , potius tanta illorum copia deprehenditur , quanta muscarum , cum sudum est , Pietistarumque adeo omnia sunt plena . Accedit fraudulenta Pietatis species , quam profitentur ore gestibus & scriptis , cum tamen intas & in cute fallaces sint , hominesque mendaces , colorada pietate sinceris Christianis imponentes . Ut taceam superbiam aliqua vitia , in quæ veluti insani ruunt , in primis illius typho inflati , irruunt in Ordines superiores , tumultuantur , & cuncta evertere audent . O miserum vero hominum genus ! O cæcos ductores !

Annon in foveam præceps labetur uterque ,

Cecus si cacum ducere forte velit ?

Annon in fædas lapsurus uterque , lacunas ,

Stultus si stultum forte docere velit ?

III. Etsi autem Fanatici in rectam iniurii sint rationem , minime tamen illi soli tales censeri debent , qui vitii huius accusantur , sed plures , tam inter veteres , quam recentiores , Philosophos deprehendere licet , qui talia & publice , & privatim , propugnant asserta , quæ recto rationis sensu e diametro repugnant . Enimvero nullus ob ea illos statim vocaverit fanaticos , quorum nomine ex usu hodierno isti potissimum insigniuntur , qui sibi in Theologia eiusmodi fingunt non entia , quæ omni fundamento destituuntur , & cerebrum laedere videntur . Recte quidem inter Pseudophilosophos numeratur *Carneades* , Academicæ sectæ ascriptus , quod Iuris Naturæ existentiam negaverit , omnemque Iustitiam e medio tollere fuerit conatus , nusquam tamen locorum legere est , vocatum ipsum esse Fanaticum , vel in illorum numerum esse receptum . Neque famoso hoc nomine notarunt *Hobbesium* , qui contra ipsum strinxerunt calatum , licet pestilentissimos ille foverit errores , in rectum rationis iudicium quam maxime iniurios . Et ipsorum Cartesianorum dogmata quam plurima , a sana ratione esse remotissima , unicuius Philosophiæ gnaro constat , ob quæ suos etiam magno numero nacti sunt adversarios quos tamen ab hac abstinuisse voce , scripta confirmant , & ad oculum demonstrant . Pietistas vero Fanaticos esse & homines , hoc nomine dignissimos , nulli omnino dubium esse potest , qui Fanatica illorum dogmata secum perpendit , quæ ex relatorum naturæ non alios , nisi Fanaticos , propugnatores agnoscunt .

IV. Ceterum , quam variis Fanatici non solum in Sacram Scripturam , sed etiam in rectam rationem peccent modis , & quod quantosque foveant

ant errores, difficile admodum est definire, nec chartæ angustia id
permittit. Multi quidem in colligendis istis studiosissimi fuerunt,
sed nec omnes notare potuerunt, nec alii id unquam præstare pote-
runt, cum in dies novarationis deliquia patientur Pietistæ, & errores
erroribus cumulant, ut unus alterue non sufficiat character ad descri-
bendos hos homines, sed tot & plures etiam numerentur, quibus o-
lim hæretici Donatistæ sunt delineati, & in fugæ exemplum a scripto-
ribus Ecclesiasticis ad viuum quasi depicti. Non licet in praesenti ea
proferre in medium, quæ ad rem Theologicam spectant, in primis,
cum de Fanaticorum Characteribus Celeberrimam istam Theologo-
rum Trigam erudite scripsisse, me non lateat, Beatum, puta, D.N.D.
ZENTGRAVIVM, Theogum Professorem apud Argentoratenes
summum, eundemque Præceptorem ac Hospitem meum desideratis-
simum, in Tractatu Germanico, qui inscribitur, *Historischer Bericht
von der Philadelphiaischen Societät* &c. B.DN.D.NEVMANNVM,
Præceptorem quondam meum ac Hospitem, nunquam sine honoris
& amoris præfatione nominandum, in Collegio M.S. de Sectis &
sectariis, & Magnificum DN. D. VVERNSDORFIVM, Fau-
torem ac Præceptorem meum exoptatissimum, quem DEVS in Eccle-
siæ solatiumquam diutissime præstet incolumen florentemque! in e-
gregio M.S. Antifanatico. Lubet igitur de iis potissimum differere, quæ
Philosophica sunt, præsentique themati, quod examini publico su-
biicitur, convenientia, ne partes meas vel illo modo videar neglexi-
se.

V. Ne vero cum turba mihi res sit, lubet ipsi nonnullos dare patro-
nos. Et quem primum potius e Fanaticorum fraudulentorumque
homini numero in theatrum producam, quam virum istum per-
niciosissimum, M. JOACHIMVM LANGIVM, Halensem, cuius ho-
minis scripta venenata orbis eruditus non sine horrore hucdum aspe-
xit, & nesciavit animi, quæ ad summum ascendit gradum, admiratus
est? Scripsi non ita pridem, veritatis amore incensus, contra épi-
citos hoc caput peculiarem dissertationem, ipsius Medicinae seu poti-
us Pestilentie mentis oppositam, in quam tanto ferebatur odio, ut
rabiem animi insanumque cerebellum in Relationibus suis Germanicis,
quibus pestilentiores & homine Christiano indigniores sol nuncquam
vidit, quæque nihil aliud, quam criminosum exhibent libellum,

B

haud

haud potuerit occultare. Sed respondebo propediem, itinere felici-
ter confecto, impudentissimis ipsius nūgis, e calumniandi spiritu
nec alio, quam diabolico, profectis, ac simul ea, quæ a fanatico Lan-
gii defensore & laudatore, sive potius per *āvā yp. adulatōrē*, Christo-
phoro Friderico Bodenburghio, Gymnasi Berolinensis Rectorē *āλōyā*
nḡ dōt' Ph̄, in Epistola Gratulatoria ad fanaticum fratrem Langium
contra Dissertationem meam inepte æque, ac ridicule, allata sunt, ex-
mini solidō subiiciam, quo intelligant alii, ipsique pestilentissimi
rum huiusmodi Praeceptorum discipuli, quam noxi homines perni-
ciosissimique seductores hi duo sint viri, Scripturæ pariter ac rationi
sanctæ, malitiose reclamantes. Inpræsenti eum in me suscipiam labo-
rem, quem Dissertationis huius inscriptio exposcit, qui sane nullus est
alius, quam ut initio statim ex venenata mentis Medicina Langiana
demonstrem, Virum hunc fanaticum quam maxime in reclum ratio-
nis iudicium injurium fuisse. Ac, ne ea repetam, quæ circa Præfa-
tionem, aliosque huius erronci libri locos dicta sunt in dissertatione
Antilangiana, ante novem circiter menses in Cathedra LVTHERI so-
lemniter habita, & a Viro Iuvene laudarissimo, fanaticique Nominis
Langiani hoste infensissimo, DN. VVOLFG. CASPARE. TROP-
PANNEGERO, Dresdensi, erudite & cum applausu defensa, novos
Pseudophilosopho & homini ægo offendere libet morbos, quibus
Medicina mentis misere laborat, eo in primis consilio, ut studiosa in-
ventus ab his sibi sedulo caveat, & dogmata erroris veluti pestem fu-
geat ac detestetur.

VI. Primo igitur, quod ad epistolam, venenata mentis Medicinæ
pratinissam, attinet, statim ab eius initio delirare incipit Langius, quad-
do, glorie vanitate inductus, in hæc verba prorumpit: *Varius erro-
rism Maandros in Philosophia emens*, pro munere mei ratione co-
gerare capi, quoniam via ad sapientiam veramque hominis Felicitatem
esse regia, plane ac simul compendiorio. Quam cum intenisse mihi
viderer, omnes humana, in præsis Christianæ, societas timoratum, pro-
bibuit, que minus ea, que pro deesse possent ab his, præcipue his, qui sub
mea sunt disciplina, mihi feruaret soli. Invenit ergo Langius sapi-
entiam veram, a nullo unquam homine ita inventam ante, viam insu-
per ad felicitatem hominis regiam & planam sibi feruare soñ, religio-
ni sibi duxit. O maximam Pseudophilosophi superbiam! quasi, an-
te

consignatam Langii mentis ægritudinem, vera & regia via ad sapientiam hominisque Felicitatem ab aliis, magnæ auctoritatis, Philosophis, non est inventa & tradita? quasi nemo, præter Langium, saparet, & is solus foret, e cuius cerebello vera sapientia in alios dimidiat? Medicinam Empiricus mentibus sanis paravit, quæ nullum medicinæ desiderio tenentur, morbos excogitavit varios, quibus mederi cupit, quo, fraudulentorum more hominum, eo facilius alii persuadere, & medicina sua venenata sanos decipere possit. Pestilens sane hoc PseudoPhilosophorum genus est, & totum, quantum quantum, ad fraudem compositum. Optandum igitur esset, seruumque precibus expetendum, ut Medicina mentis Langiana nunquam aspexisset lucem hanc, ne obesse posset iuventuti studiosæ, illamque in varios deducere errorum mæandros, quos in Philosophia Langium non esse emensum, sed hunc potius in eos gravissime incidisse, iam alibi est ostensum, & porro ostendendum mihi restat.

VII. Ab epistola libet nunc transire ad *præfationem*, de qua in Dissertatione *Anti-Langiana* non immerito sum conquestus, eam in DEVM pariter, atque homines, iniuriam esse. Sed nolo dicta repetere, potius sub breve revocaturus sum examen ultima Præfationis verba, quæ huiusmodi sunt: *Si cui iam graviter errasse videar, ut publice refutandus sin, illum amice rogo, velit, antequam censorem agat, ad minimum bis totum librum attente & cura preiudicia perlegere, & probe explorare, num me ubique intellexerit, aut dextre intelligere voluerit.* Non potuit non prævidere Langius, haud paucos consecuturum se esse adversarios, qui Medicinam mentis, tot tantisque erroribus, calumniis, scommatibus, abundantem & ex Spiritu malitioso profectam, accurato sint submissuri examini, hinc, fraudulentissimo in locis intelligi nequeat vir obscurus, neque ab aliis intelligi velit? Et quis, queso, verba Langii inter se conciliabit? quibuspassim in sua mentis ægritudine utitur, quando, de viribus humanis disputatione, modo eas ita extenuat, ut in foro Philosophico vix maiores esse cre-

credat, quam in foro Theologico sunt, modo eas ad tantam evehit dignitatem, dignitatem, ut affirmare non dubitet, hominem mortuum mentis suæ spiritualem naturaliter non solum cognoscere, sed eidem etiam ex ipsa Philosophia medicinam parari posse. Quæ sana mihi conciliari non posse videntur, neque lectorem æquum, si vel centie svenenatam perlegeret Langii mentis medicinam, a contradictorio sensu revocare, & ad amicam verborum horum conciliacionem perducere queunt. Quod vero de Praejudiciis Langius garrit, optandum sane foret, ut iste ab hoc vitio liber adhuc hodie esset, neque præiudiciis abeptus, immo excæcatus quasi, tam in Philobarbaro suo, quam ægritudine mentis, ea scripsisset, quæ virum fanaticum, & in Ecclesiæ perniciem natum, ubique produnt. Liceat mihi ad æquum Medicinae mentis Langiane lectorem provocare, & ab eo testimonium veritatis expetere? annon ex præiudiciis Longo-Barbarus tanto feratur furore in Philosophos pariter, ac Theologos, quos homines morosos, plerumque mente corruptissimos, scientiis solidis vacuos, veritatis osores, plane ineptos, ridiculos, absurdos, Systematicos, Spinozatos, macros, matæologos, in Med. ment. pag. 569. §. 28. & pag. 473. §. 52. impudentissimo ore vocat. Annon præiudiciis petulantissimæ mentis Langiane sumnum istud sit ascribendum odium in Scholas pariter & Academias, quas §. 2. prefat. corruptissimas errorumque officinas esse ait? Annon præiudiciis, in primis Halensibus, totus regatur Langius, uti inter alios locos plurimos, vel ex præfatione Medicinae mentis, & præfatione Germanica Grammaticæ præmissa, luculententer paret, ubi pag. 24. ita differit. Es wäre zu wünschen, daß man an dessen [der Aristotelischen Sittenlehre] stat die doctrinam hodierni decori tractirete, welche ich noch nirgends gründlicher und besser ausgeführt gesehen, als in der zu HALLE editirten Anleitung zu wohl anständigen Sitten. Igitur non video, quo iure liberari possit Langius a præiudiciis, quæ ipsius mentem totam occuparunt, &, nec scio, qua caligine obduxerunt. Monet quidem cap. 4. §. 18. Med. ment. pag. 137. edit. prior. nec eruditorum indicio male, ut tela prævisa minus noceant, prudentiæ tironibus sedulo esse monstranda & eximenda omnis generis præiudicia, sed contra hoc ipsum monitum graviter peccat Langius, quippe cuius mentis Medicina tota, quanta sit, præiudicia sapit, nullumque aliun prefixum sibi scopum habet, quam

quam præiudiciis occupare iuvenum animos, ihosque a vera sapientiae via abducere in errores varios, quibus mens sana adeo corruptitur, ut in gravissimos incidat morbos, quotidiana, proh dolor! experientia hoc comprobante. Ut proinde *Langius*, eiusque *Medicina mentis*, studioræ iuventuti bona fide commendari a recte possit. Quemadmodum enim, ut eadem qua *Langius*, utar similitudine, prava conversatio cum noxicorum librorum lectione mentis ægritudinem non parum auget; sic et contrario eiusdem sanationem bona cum sapientibus conversatio, bonorumque librorum lectio, quam maxime promovet & confirmat.

VIII. Quod ad istam præfationem attinet, quæ ad recentiorem editionem accessit, inter alia falsa *Langius* hæc habet: *Interea vero, ut paucis multa dicam, pro meo cognitionis modulo non dubito sic statuere: Poiretus non caret erroribus, omnino cavendis, sed nihil tamen minus plus est vere sapientiae ac solida eruditionis in uno Poireto, quam universe in omnibus & singulis eius inquis censoribus.* Vix impetrare abs se potuit *Langius*, ut, vel in quibusdam faltem Poiretum errasse, fateatur, & nisi testimoniis validissimis Summorum Viatorum convictus fuisset, impedivisset sane amor fanaticus in fanaticæ Poireti dogmata, quo minus vel illius fecisset mentionem erroris. Meminit quidem eadem in præfatione, si credere fas est, iam dudum animum induisse, approbante Olim consilium suum *D. Spenero*, peculiari Dissertatione, tan ab in consulta admiratione, quam ab iniquo contemptu huius auctoris lectores & censores avocare, sed sibi tantum temporis nondum adhuc datum esse, quantum eiusmodi commentatio requirit. Conqueritur ergo homo fanaticus de tempore, quo, ob cumulatos labores, quos in odium Lutheranæ ac veræ Ecclesiæ in se suscipit, ad elaborandam hanc dissertationem excluditur. Cur huic labori non illud destinavit tempus, quod in profligatum *Philobarbarum* suum, quo eruditus orbis, & in primis Theologæ cultores, optime potuissent carere, & *Relationes Germanicas*, quas iure optimo novellas quis vocaverit mendaces, vel *Lügen-Zeitungen*, impedit Sed mauult *Langius Poiretum præclarum vocare Theologum & Philosophum*, eiusque opiniones periculosisimas silentio præterire, quam æstro notare carbone, ut studiosæ iuventuti illæ sint præiudicio, & dum hunc cæcum ea sequatur. Melius Academicæ Iuventuti confundit.

Iuit bigi Virorum de Ecclesia Christi excellentissime promeritorum,
DN. D. IAEGERV^S, Canciliarius & Theologus Tübingeris Primas-
rius, in examine Theologie noue Poireti, & B. DN. D. NEIMAN-
NVS, in Poiretismus Fanatico, qui non solum errores, quibus Poireti
libri scatent, clare demonstrarunt, sed etiam solidis firmisque rationi-
bus confutarunt.

IX. Consideratis ita breviter iis, quæ ad præfationes vel paucis sal-
tem mihi monenda visa sunt, ad ipsam tractationem nunc progrebor,
&c, que inepte æque, ac falso, dicta sunt a Langio, strictim percensebo.
Mirum autem in modum invehitur Barbarus Philosophus Part. 1. cap.
1. pag. 15. & 16. §. 33. & seq. Med. ment. in illos Philosophos, qui, ho-
minem animal rationale esse, dicunt, &c, non absurdius aliquem cor-
pus humanum per substantiam capitatem definire, existimat, quam
hominem per animal rationale. Et §. 24, eiusmodi Philosophos ple-
rumque definitioni suæ exacte responderedicit. Nihil enim sunt (perver-
so Langii iudicio) nisi animalia rationalia, hoc est, sunt animalia, in
quibus, ceteris, isque primariis, facultatibus mentis sepultis ac ne-
glectis, sola, eamque corruptissima, viget, aut potius ludit ratio. O
mutilos homines, mutilatosque Philosophos, qui a brutorum natura
ut pote a quibus solvantur ratione se distinguunt, propius absunt, ipsi
quam maxime ἀλογοι καὶ ἄνθρωποι. Hem calumnias, absurditates
& stoliditatem Langianam! Tantum est huius Pseudophilosophi odi-
um in Philosophos veræque sapientiae amatores, ut illos brutis vix dis-
similes esse, blateret. Vnde vero probabit fanaticum caput? prima-
rias mentis facultates in Philosophis nostratibus esse sepultas ac negle-
ctas, et solam, eamque corruptissimam, vigere, aut potius ludere,
rationem? Nonne constans illorum doctrina est, quam ore profiten-
tur, & pro qua scriptis propugnant, non solum intellectum, sed ipsam
etiam voluntatem emendari debere, minime vero cum Fanaticorum
turba docent, instituendam prius esse sanationem voluntatis, quam
intellectus, quia hic voluntatem præcedit, & ante eam est emandan-
dus, uti infra pluribus docebitur. Igitur, ex calumniandi spiritu,
nostrates Philosophos mutilatos mutilatosque homines vocat L^{angius},
cum non divalent voluntatem ab intellectu in emendatione initiatione
sed utramque facultatem moris corruptam coniungere, &
intellectui præ voluntate ascribere prærogativum, ubi tu leant. Ne-
que

que video, quid tandem masi commiserint philosophi isti', hominem
per animal rationale defnientes, cum haec definitio sit receptissima &
solidis rationibus fundata, ut non opus sit, confingere novam, eam-
que ex novitatis pruritu in huius substituere locum, in primis, cum i-
dem illud animal, quod mente praeditum est, etiam rationale sit, quæ
ipsa vero rationalitas formam hominis sive animam respicit, cui pra-
ter facultatem intellectuam & qualitatem competere, nemo nos rati-
oni Philosophorum unquam negavit. Vix igitur alia datur melior
hominis definitio, quam communissima illa, a qua cum recedat Lan-
gius, modo, ut nos rati Philosophis contradicat, ultra patet jo-
chimum Longo-Barbarum ne animal quidem rationale esse, sed, veluti
virum sensibus spoliatum, et ratione captum, infanire.

X. Alio argumento contra pios Philosophos Part. I, cap. 2. pag. 35.
§. 22. insurgit Pseudophilosophus, illosque conficti cuiusdam crimi-
nis accusat, quando hanc maxime in modum loquitur. Cuius quis
vero illorum, qui Christo nomen dedere, atque per illum ad sublimioris
sapientia studium vocati sunt, alienus sit, ab eo philosophandi ge-
nere, quod nostra & corruptionis, & in integrum restitutionis fontes
& administracula altius accessit? Cucus sit, quoniam videat, a Langio in-
iuriam fieri Philosophis istis, contra quae in Medicina mentis dispu-
tat. Quis, quæso, homini huic dixit, esse Philosophos ab hoc sub-
limioris sapientia studio alienos? Contra dictum scripta illorum pro-
bant, quæ in lucem edita sunt, ubi benevolus & aequalis lector B.
DANNHAVERI, B. CALOVII, B. SCHMIDH, B. RUDRAVEFFI,
aliorumque magnorum Virorum, quorum NOMINA, ut in ore
gerat metaologus Langius, nequam dignus est, famam non solum
Philosophiam, sed etiam sublimiorem sapientiam sanctamque Theo-
logiam ad fensem Spiritus S. traditam, & ex Scriptura dictis compre-
batam, deprehendet. Splendidum igitur & impudens est mendaci-
um ac figmentum Langianum, omisum esse hoc studium a Philo-
phis, quibus manquam in mentem venit, corruptionis & in integrum
restitutionis fontes & administracula ex Philosophia accessere, probe gna-
ris, transcendere hac Philosophiam, & ex altiori principio esse repe-
tendam huius doctrinæ cognitionem, quam mirum in modum con-
fundere, & summa imis miscere, uti isti aliis locis, ita in hac imprimitis
thesi, studuit Langius. Quis enim, nisi ineptus & stolidus, corru-
ptionis

ptionis & in integrum restitutionis fontes & adminicula ex Philosophia petet? Quis ea, quæ solus sunt revelationis, cum iis, quæ ad lumen rationis spectant, sic turpiter confundet? nihilominus tamen Langiana hæc est sapientia, seu potius dementia, quam vel tirones utriusque studii iure derident, pestilentemque hanc confusionem detectantur.

XI. Nec aliard Sophistæ huius in Medicinamentis venenata sententiam esse, ulterius verba in subsequentibus thesibus allata confirmant, quando ita differit: *Ipsi enim Philosophi inter idolorum cultores habuerunt quadam de statu integro & corrupto indicia & vestigia, sic, ut alios silentio pretermittant, Ovidius, Poeta & Philosophus, rem describit inter sui generis homines plane indubiam, quando Metamorph. lib. 1. in aurez de creatione historia, ita canit: Vnus erat 1010 naturæ vultus in orbe, &c.* Quæ e monumentis Mosaicis hausta per commercium cum Hebreis & per traditionem cognovisse Philosophos, qui dixerit, his tanquam indicibus, sive hodegit usus, ipsa adeat oracula divina ex iisque dicat, ut origine sua dignum est philosophari, id est horribilem sui corruptionem scrutari, nosse deplorare, ac sui inrectum statum restitutionem meditari, siue ita de eo sibi sapientie tesauro ac philosophandi modo, quem sacre Literæ exhibent, & commendant, & quem Gentiles obscura tantum auditione perceperunt, ex anima gratuletur. Primum non video, quomodo Longo-Barbarus verba priora cum posterioribus, sive §. 22 cum §. 23. conciliare possit. Historiam creationis, quam Ovidius Paganus describit, rem inter sui generis homines sive Gentiles plane indubiam esse, ait, & tamen, eandem e monumentis Mosaicis hausisse Gentiles, subiungit. Certe priora verba haud obscure innuunt, e lumine rationis illam cognovisse Gentiles, neque eam hac ratione hausisse e monumentis Mosaicis, certum est, quæ sane in Gentilibus indubiam fidem & certitudinem gignere haud potuerunt. Quid enim impedit, quo minus eiusmodi monumenta Mosaica, veluti traditiones falsas, secum reputare, easque pro fabulis habere potuerint, si non omnes, saltem maxima Gentilium pars. Igitur aut falsum est, historiam creationis inter omnes Gentiles plane indubiam fuisse, aut falsum est, e monumentis Mosaicis illam hausisse Gentiles. Secundo autem in verbis ultimi turbissime confundit Esendophilosophus lumen rationis cum lumine revela-

velationis, sive Philosophiam cum Theologia. Quis enim iudicari
ex sanis Philosophis vel Theologis docuit, horribilem hominum cor-
ruptionem, & in rectum statum restitutionem, cognoscendam esse
ex Philosophia? Quis unquam negavit, hunc sapientiae thesaurum,
ope eius homo sui corruptionem scrutatur, novit, deplorat, ac tui
in rectum statum restitutionem meditatus, ex sacris Literis compa-
randum esse? Cur igitur pios Philosophos, qui lumen rationis & reve-
lationis bene distingueunt, ridiculos, stolidos, immo infanos ve-
ritatis ofores ac corruptores, vocat Caput Fanaticum? Sed calumniæ
sunt, quas contra probos Doctores ~~alioy~~ Dr. Langius assert, quibus
confutandis immorari non libet.

XII. Pergit malitiosus Langii spiritus vera miscere falsis, & Part.
2. cap. 2. §. 1. seq. pag. 91. Med. ment. denuo omnia confundere. Verba
Viri Fanatici, quæ huc integra apponere visum, hæc sunt. *Quia egra*
est tota mens, eius sanatio merito quidem inchoanda esset e luminis
supernaturalis principio, & a facultatibus primariis, quibus ad divina
& eterna convertitur. Sed tanta est orcus nostri miserit, ut verus
ac naturalis dignitatis ordo in erudiendis mentis facultatibus suis inver-
tendus, siquidem tenera etas ad facultatum digniorum usum ac regi-
men est inepta, aptior vero ad inferiorum exercitium. Imo adulto-
rum etiam tanta est cecitas ac perversitas, ut de ipsa facultatum pri-
mariarum natura ac dignitate nec possit convinci satis, nec ad illarum
sanationem rettumque usum e principio gratiae adduci, nisi luminis na-
turalis, sive rationis uterunque exculta beneficio. Ergo a lumine natu-
rali ac rationis cultura su faciendum est sanitatis initium, ut ipsa sa-
nitas ei ex superiori principio digniorique obiecto restituatur, atque
ita simul ratio in exercitio suo subinde reddatur ordinatior, rectior ac
luminosior. Cum his celubet nunc ea conferre, quæ Part. 5 cap. 2. §§.
10. 20. & 22. pag. 488, & 489. Med. ment. leguntur, & ita se habent.
Non autem prætermittendum est hoc loco, timorem DEI vere erudi-
tionis esse initium. Si enim vera eruditio ad DEVUM omni refert,
menisque ipsam ad eum reducit, timor DEI, qui fide ac amore est
fatuus diffusus, sive pius ac sincerus animi submissi erga DEVUM affe-
citus, non potest non vere eruditio esse initium. Hic summi Nu-
meriutor, si mensem intime retigerit & penetraverit, eandem, DEI
luxure uterunque collusitatem, misericordia agnitione reddit demissam,
nam

C

sueque

seque restitutoris vidam cique felicitam. Eos duos Pseudo Ile-
sophi locos P.L. quæso conciliet? certe ita sunt comparata, ut simul
stare nequeant. Docet enim, initium sananda mentis esse faciendum
a lumine naturali, sive ratione exulta, & tamen a timore Domini eit s
initium esse faciendum, quem sacra pagina nobis commendat. Quis
contradiccionem hanc evidentissimam non videt? Quis non miratur
Logicam Langianam? in qua duo contradictoria simul vera esse pos-
sunt. Miseret me sane fanatici huius hominis, cuius intellectus sic
est obtenebratus, ut verum cognoscere non possit, vel ex malitia non
velit. Miseret me insimul inventoris studiorum, quæ tam inique a ca-
co hoc Praeceptore decipitur, & in varijs, eosque gravissimos, dedu-
citur errores. Medicinam medicus hic imperitus mentibus sanis pa-
ravit, quæ venenum redolet, & animum cruciat, ac, nescio quos, se-
cum trahit morbos. Outinam hanc Medicinam mentis Langianam,
veluti pestem, fugerent omnes, & illi in primis sapere tandem disce-
rent, qui ex impotenteri animo ad fraudulentem huius Magistri verba
iurarunt! Quod vero ad cetera attinet verba, neque illa simpliciter
admitti possunt. Probet *Langius*, ætatem teneram ad facultatum di-
gniorum usum esse ineptam, contrarium sequenti argumento facile
evincere possum. In quoscunque cadit fides, cognitio Dei, & erga
eundem amor, illi ad facultatum digniorum usum non sunt inepti.
Atqui in teneram ætatem cadit fides, cognitio Dei, & erga eundem
amor. Ergo tenera ætas ad facultatum digniorum usum non est in-
epta.

XIII. De principio primo ceterisque propositionibus, quæ proxi-
me ex illo fluunt, *adversarius noster Part. 2. cap. 2. §. 4. & 5. pag. 93.*
agit, et opinatur, uti ex præcedente §. 2. satis clare videre est, neminem
ad primiarum facultatum sanationem reclumque usum e principio
gratiæ adduci, adeoque gratiæ capacem esse posse, nisi propositiones
istas, pag. 93. & 94. magno numero in medium allatas, cognitas pro-
be habeat perspectasque. Sed primo, stante hac sententia, quid de
teneris, qui propositionibus adductis assensum plenum præbere, & ob-
ætatis defectum illas cognoscere nequeunt, sentendum erit? num e-
iusmodi ad gratiam aditus illis denegandus? Minime gentium. De-
inde non video, quo iure hæc principia omnia, sive prima cognita, ve-
ra & propriæ sic dicta Philosophiaæ principia, ex quibus firmissimæ de-
mon-

monstrationes fluunt, dici possint, cum solidæ eruditio[n]is veræ quo
sapientiæ partem non constituant. sed tantum ad superficiariam co-
gnitionem pertineant, nec, nisi per contorsionem, explerisque con-
tra pertinacem adversarium probari possint. Transeant igitur hæc
principia prima Langiana cum isto Cartesianorum principio, *Cogito,*
ergo sum: quod eiusdem valoris cum maxima Principiorum Langia-
norum parte esse, puto. Præterquam enim, quod nulla gaudet u-
niversalitate, neque ad omnia accommodari possit, idem quoque nec
affirmative, nec negative, si proferatur reciprocè, verum illud est.
Neque enim semper dicere possum, sum, ergo cogito, quia possum
habere essentiam, etiamsi plane nihil cogitem, neque etiam negative
illud aliquid concludit, si dicatur, non cogito, ergo nec sum. Poteſt
enim quis alto oppressus esse somno, qui nihil cogitat, ita, ut cogita-
tiones eius cesserent, quamvis ipſe vere sit. Quin & eo tempore, ubi in
ultimo agone constitutus homo nec cogitat, nec sentit quicquam a-
ctu secundo, vere tamen adhuc essentiam habet. Taceo nunc, quod
principium hocce non constet ex terminis per se notis. Quid enim
Cartesiani per cogitationes intelligent, id magnis adhuc difficultati-
bus intricatum est, neque certo constat. Quapropter ambabus po-
tius principium illud complectamus manibus, *Impossibile est idem si-
mul esse, & non esse*, quod ubique inconclusæ veritatis, simpliciter
& absolute primum, & indemonstrabile est, ita ut in aliud prius resol-
vi nequeat, constat id ex fortissima oppositione efficacissimaque con-
tradictione, quæ inter esse & non esse, atque ita inter immediationem,
intercedit, inmo est absolute notissimum indubiumque, ut iure *a fide
sive fide dignum dici possit*, cui sine dubitatione assentiri, conſan-
temque omnes assensum præbere debent. E. quibus sane colligitur,
erroneam esse Langii opinionem, quando *P. 2. cap 2. § 9. p. 97. Med.*
*ment. existimat, e priori principio fluere illud, impossibile est, idem si-
mul esse, & non esse*: Dicit enim, *quo minus eiusmodi propositionem*
pro principio primo habeam, obstat, quia, et si universalis fu, tamen ex
alio universalis principio, seu e dictamine rationis, derivatur, ideoque eo
postea ior est, nec tanta, quantam illud habet, evidentiaveritatum inde
debet fieri in seriem & connexionem pandit. Verum enim vero, si ad
examen revocetur principium primum Langianum, quod *p. 1g. 95. §. 7.*
his verbis proponit: *Quicquid meni, cum recto iudicio recte sibi con-*
scie,

se sit, convenit, id verum est. & tunc, facile apparebit, huc ipsi in principium fundatum esse in illo, impossibile est, idem simul esse, & non esse, quia, si non verum esset, quod recta ratio iudicat, rectum non esset rectum, id quod implicat, & cum primo principio pugnat.

XIV. De usu Luminis supernaturalis c. 3. part. 2. p. 106. inscribitur, in quo Philobarbarus passim ea affert, quæ non minus Philosophia, quam Theologiæ adversantur. Speciatim vero, §. 8. in irrationalis Scripturæ interpres invehitur, & §. 9. ad homines ψυχικούς, τελευταῖς μη ἔχοντας, provocat, per quos sine dubio intelligit illos, qui fanaticis erroribus reclamant, & a spiritu Pietistarum alieni sunt. Horum notitiam Theologicam mendax Langius naturalem, umbratilē & Philosophicā, vocat, quemadmodum ex citata §. 9. p. 112. videre est. Verba integrata se habent: *Cuius ergo indolis est notitia ipsorum Theologici? est naturalis, umbratilis, ac Philosophica, sive naturalibus viribus, & speciatim umbratili rationis activitate, more Philosophico vulgari, acquisita missoque spiritus ac virtutis nucleo, nudum literæ corticem lambens. Versantur quidem circa spiritualia, sed non spiritualiter, cognoscunt ex parte vera & divina ac salutaris, sed non vere, divine ac salutariter, sed litteraliter tantum, & simul profane ac corrupte, imo perniciose. Qui spiritus Linguum regat, non ex his tantum verbis, sed etiam ex ipso Antilibarbaro, libro pestilentissimo, luculenter patet. Malitiosus is est, & a spiritu hereticorum non alienus, qui literam a spiritu, contra expressos Scripturæ locos, quibus, veluti turpissimi Apostatæ, vim inferunt, separare non erubescunt. Langius sanctus totus in eo est, ut demonstret, noltrates Ecclesiæ doctores, quos Fanaticorum colluvies Buchstaber vocat, nudum literæ corticem lambere, misso spiritus ac virtutis nucleo, unde illorum Theogiam umbratilem ac Philosophicam appellare non dubitat. Sed, quemadmodum hæc omnia nihil nisi calumnias, spirant, atque ex animo doloso & fraudulentio proficiuntur, ita, longa refutatione minime digna esse, puto. Contrarium huic fanatico homini B. D. N. D. NEVMANNVS, Vir supra meas laudes positus, in Theolog. Aphor. ostendit, firmissimisque rationibus immunivit, etiis verba, ponderosa sane suaque veritatis luce splendentia, dignissima sunt, quæ hic integra ponantur. Ita autem, p. 9. Aph. 6. 7. & 8. Celeberrimus Theologus differit. Notitia Theologica eiusmodi irregeniti non falsa, literalis & equivoco dicta, sed Logice aq[ue] ac Metaphysice,*

fice,

sicque spiritualiterque vera, verique adeo nominis Theologia est. Atque
haec veram p̄i hominis Theologiam non humanarum virium, nec carnalis
aut naturalis, sed divinae omnino originis, adeoque spiritualis, & quoad
totum esse suum, supernaturalis est. Nec traducenda haec impiorum Theo-
logia, ut Philosophia de rebus sacris, ut spectrum cerebri & rationis ido-
lum, quin ipsa vis & virtus e verbo divino elicita est, adeoque viva, effi-
cax, atque inseparabilis. Conferri omniho meretur Celeberrimi, & de
puriori Ecclesia immortaliter promeriti, Theologilenchii, DN. D. FO-
ERTSCHII, quem Deus Ecclesiae Orthodoxae, quam diutissime super-
esse iubeat, erudita Epistola, ad Magnificum DN. D. FECHTIVM nu-
per scripta, de Notitia rerum Divinarum in non renatis, contra quem
et si, more suo, impudentissime instanter exerit Langius in fanatico scripto,
quod Epicrisis Epistolam vocat, tantum tamen abest, ut crassa huius
IOACHIMI mendacia apud Bonos fidem inveniant ullam, ut potius
in NOMEN FOERTSCHIANVM & famam Ipsiis Theologiam, tam
Vittembergenses & Rostochienses, quam Tubingenses & Argentora-
tenses, singulari anfore ferantur;

XV. Circa Doctrinam de intellectu & voluntate pestilentes fovet
errores Langias, Part. 2, cap. 3, pag. 117 & seq. Ita enim, §. 17, cum
universa Fanaticorum turba sentit, & contra veritatis testimonium
differit. Unum autem, idque primarium, & in Medicina mentis
cognitu & factu absolute necessarium, hic paulo plenius erit demon-
strandum: scilicet, intellectum per lumen naturale non posse vere il-
luminari, & in integrum restitui, nisi simul eiusdem luminis calore ac
virtute rebellis voluntas sub obsequium Luminis Divini redigatur. Si-
ue, nullam esse sapientiam in intellectu, nisi sit coniuncta cum virtute
in voluntate. Id quod est tam manifestum est, ut videri possit, nul-
la prorsus egere demonstrazione, demonstrandum tamen est, propter
innumerous matæologos, & quibus inventu imminet periculum. Et,
§. 20, haec subiungit. Quemadmodum autem matæologia Theologi-
ca variis sese distinctionum & exceptionum cancellis induit ac tuctur,
sic etiam hic invenit elaborandi rimas, aut potius sese turpiter dandi lo-
cum, quando excogitavit distinctionem inter illuminationem e spiritu
assidente, quem tolerant, & inhabitante, quem plurimi admittere no-
lunt, aut animo doloso non possunt. Que distinctio, quantum vale-
at, nunc pluribus non excutiam, sed potius permitto eiusmodi boni-

num

num in generatione spiritum suum in generationem cum in generatione lumine,
coloris ac virtutis experte. Si iudicium ex allatstantia verbis
de Langio fereculam foret, vel sola illa sufficientia lemotum trans-
ducum, Vicius hunc est Fanaticum, Calumniam, matæologum,
& nullius filii ac Pietatis hominem. Sic veræ sane que doctrinæ in-
sultat vir insanus, ut sibi conscientiam nulli dicat, & improbo ore, &
impudentissimo calamo, huic adversari. Primo autem cum Fanati-
corum fratre non pro suorum colluvie negat, dari illuminationem, vel
ullam sapientiam in intellectu, nisi sit coniunctus cum virtute in volun-
tate, quod alertum quam falsum sit ac heterodoxum, integris pro-
pemolum libris a nostratis Theologis ostensum est comprobatum
que, qui ad unum omnes, quotquot illorum sunt, & fanaticis erro-
ribus non favent, uno ore profitentur, in controversia ista, an impius
Ecclesiæ minister vere sit illuminatus? affirmativam sententiam ex
Pagina sacra certam esse & immotam. Nolo igitur, brevitatis ergo
ea in medium afferre argumenta indubia, quibus contra Fanaticos usi
sunt, sed potius veritatis studiosum Lectorem remitto ad aureas Dis-
putationes, super Rostochii habitas, a Consumentissimo, & de uni-
versa Christi Ecclesiæ immortalis cum laude promerito, ipsaque adeo
canitie Venerabili Theologo, DN. D. FECHTIO, quem DEVS, in
Ecclesiæ solatium pariter ac ornamentum, omniumque bonorum
gaudium, quum diutissime sospitem præstet in columnenque! in qui-
bus eiusmodi continentur momenta, que Langianam hanc hypothe-
sin destruunt & evertunt. Addi meretur eruditum Programmi ad
Orationem solennem Theologicam Celeberrimi Theologi, DN. D. VAL.
ERN. LOESCHERI, qui soli his rationibus fanaticam hanc de intelle-
ctu & Voluntate doctrinam confutavit. Non ergo a nostratis Theologis, veram, Orthodoxam, sanamque doctrinam defendenti-
bus, quos improbus calumniator matæologos vocat, iuventuti imminent periculum, sed potius Langiana matæologia Theologica & Phi-
losophia Barbara eam in varios errores ac difficultates inducit, ut
quid credere tandem debeat ac sentire, plane ignoret. Secundo mi-
rari satis non possum malitiam animi Langiani & impudentiam, quod
distinctionem istam, & in Scriptura fundatam, & Magnorum Theo-
logorum [qui quidem in illo Longo-Barbari iudicio omnes minorum
gentium Dei sunt, Spenerus vero, M. Franckius, Antonius, Zierol-
dus

dus aliquie Sectæ Pietisticæ addicti viri, lumina mundi) testimonii
comprobata, inter gratiam Spiritus Sancti assistentem & inhabitan-
tem, imaginariam, & ex spiritu atque lumine imaginario, caloris ac
virtutis experie, profectam, appellare non erubescat. Vsum distin-
ctionis huius sine dubio ignoravit matæologus, ut proinde, quantum
illa valeat, explicare non potuerit. vid. Summe Rever. DN. D.
VVERNSDORFII tria Disputationum eruditarum DE GRATIA
DOCENTE, quas, cum non intellexerit IOACHIMVS, vel ex petu-
lantia animi intelligere noluerit, mirum non est, quod in *Dissertatione Elenctica*, plene & plane Fanatica, tam stolidum ineptumque de
iis iudicium tulerit, nihilominus tamen id præstidit, quod indoli Lan-
gianæ convenientissimum est, & venenatæ mentis Medicinæ propri-
um, quæ, si rationibus & veritatis testimoniis destituatur, calumniis
& conviciis pugnat, quasi hæc rem conficerent evincerentque om-
nem. Et quis, quæso, *Langium* fecit certiore, plurimos nostratum
Theologorum gratiam Spiritus Sancti habitantem admittere
nolle, aut animo doloso non posse? Certe, si ad dolos respicere veli-
mus aliaque vitiorum genera, nemo hac in arte maior *Langio* est, ne-
mo superior homine hoc fanatico, nemo avaritiæ, obtrestationibus,
impudentiæ, magis deditus, quæ satis testantur, quam alienus a *Langio*
sit Spiritus DEI, & quam parum gratia Spiritus Sancti habitans
ipsi curæ sit cordique.

XVI. Non levior est error, qui ex hoc oritur, & pro quo Part. 2,
cap. 3, §. 22, p. 120, Med. ment. propugnat, quando, a voluntate initium
sanandæ mentis capiendum esse, docet. Verba Pseudophilosophi hæc
sunt. Notandum insuper est, per lumen gratiae non tantum, si vere
adsit, voluntatem efficacissime affici, sed etiam memus per gratiae lu-
men sanande initium potissimum capiendum esse a voluntate seu recto
desiderio, quemadmodum a voluntate seu pravo desiderio eius incepit
corruptio. Et, §. 29, pag. 124, idem confirmat hunc in modo: Iam
quis amplius dubitabit, sanationis interne initium & progressum poti-
ssimum fieri debere in corrigenda voluntate, nec dari verum lumen
nisi in mente per gratiam subiecta: Hisce lubet addere ea, quæ in den
aufrichtigen Nachrichten (scilicet!) ad annum 1705 der V. N. pag. 138,
leguntur: Dass in der Seelen-Cur dem Willen für dem Verstand (der
doch keineswegs darbey versäumet werden müsse), allerdings ein Vor-

zug

zug geböre. Cum hac Joachimi Langii opinione omnes Fanaticos, & quotquot modo pessimæ huius farinæ homines numerare licet, amice consentire, tam certum est, quam quod certissimum. Ut enim multis paucos producam, fanaticus ille Auctor libelli *Licht und Recht*, pag. 143, ita ait, *Nun ist es umsonst, daß man sucht ein Licht in den Verstand zu bringen, so lange das Herz und der Wille des Menschen böse ist, und ist eine verführische Lehre, daß erst der Verstand müsse verbessert werden, und darnach der Wille.* Neque dubitat D. Antonius Halensis, in *Dissertatione de estimatione rationis Theologica*, pag. 13, doctrinam de universali voluntatis in intellectum imperio, tanquam dogma exploratissimum defendere. Cum quo conspirant D. Zieroldus & I.C. Keslerus in variis scriptis, itemque D. Breithauptus in *Disputatione de vera Dei notitia, voluntatem dicens, spiritualiter affectam intellectui ad vere cognoscendum facem preferre.* Et, pag. 66, docet: *incipere omnem emendationem spiritualem ab affectu voluntatis.* Ut proinde de sententia horum hominum satis constet. Sed, quam pestilentium errorum absolutum hoc imperium dominiumque voluntatis in intellectum causa sit, dici vix potest. Quæris enim, cur fanatici, & inter eos crassissimus ille Joachimus Langius, Theologiam piorum unice veram, impiorum vero Philosophicam, vocent? cur gustum voluntatis, adeoque experientiam, principium Theologiæ ponant? cur, in ordine salutis nostræ sanctificationem & renovationem illuminationem præcedere, dicant? cur denique illuminationem sine sanctificatione esse posse, negent? sane, omnia hæc monstrosa dogmata e doctrina de emendatione voluntatis ante intellectum instituenda, & absoluto intellectus in voluntatem imperio, suam trahere originem, non est, cur quis dubitet? Audiamus de hac fanaticorum sententia, quot illa, quantosque multo perniciosissimos errores post se trahat, iudicium Theologi Magni, & sine pari, DN. D. FECHTII, qui, in *Epistola ad Clar. DN. Lindenium*, præfixa Exam. lib. *Licht und Recht*, hunc maxime in modum de Fanaticis differit. *Novo invento voluntatis mutationem & emendationem præcedere intellectus iudicium, disputant, ut, si voluntas divina Spiritus gratia sancti fuerit operosa, intellectus informatione opus non fu, cum predicatione ab Apostolo unctio sine ulla de Clericis disciplina, quemadmodum in quaad voluntatem converso & regeneratio necessari: sit, cunctem sit doctrura.* Ex quo prona consequentia fuisse dicunt qui quid ha-

Etenus

Etens ab Academiarum Thoologis d. intellectu, vera fidei notitia
imbuendo, h.e. de articulis fidei, de Symbolis, d. Catechesis, de com-
pendiis, de Systematis, &c, ut summi dicam, de credendi formis, a-
deo sollicite iustitiam & connenditum fuit, ut, quisquis iisdem b. uid as-
sentiret, discisa in perpetuus se. t. us Ecclesia a salute fuerit exclusus, id
omne cassificium nuce, nec quicquam aliud, nisi cerebrinam, h.e. lite-
ralem, v. in am, iniatilem, rixosam, sectariam, carnalem, nec aliam, quam,
qualis diabolus est, fidem n. constituit. Hinc nullum articulum fidei necessa-
rium esse, nullum fidei formulam aut symbolum cuiquam obtrudendum
esse, nullum heresin in intellectu, neque adeo ob heresin neminem conde-
mndum esse, nullum errorem damnabilem esse, quicquid omnes omni-
un religionum Christiani, ab aliis iis, in quibus a se dissident, crede-
re se proficiuntur, id ad fidem & salutem consequendam sufficiens esse.
Sane ponderosa haec sunt verba, quibus Consummatus hic Theolo-
gus communem istam fanaticorum Lernam monstrans, veluti er-
rorum fontem, depingit. Et si dicendum, quod res ipsa est, horum
opinio fanaticorum eo tendit, ut (verba sunt Celeberrimi Theologi,
DN.D. VAL. ERN. LOESCHERI, in Praenotionibus Theologicis p.25.)
relegato intellectu, tanquam organo & subfido a summo rerum conditore
constituto (eoque ad agnitionem dependentia, limitus & miseria nostrae,
undique nos compellente) mortales, ad auctoritatem propria statum aspiran-
tes, ad voluntatem suam, saltem ceca per suasionem reducant omnia, & sibi
sapiant. Iure igitur meritoque sanx Philosophiae cultores fanaticum
hoc dogma, reiiciunt pariter, ac detestantur, & veram doctrinam de
emendatione intellectus ante voluntatis emendationem instituenda
tuentur, ac iis rationibus invictis defendunt, quibus morum Docto-
res ad stabiliendam suam sententiam, indubiam sane ac firmam usi-
passim fecerunt. Primo quidem negari non potest, intellectum quam
plurimis erroribus atque morbis esse obnoxium, ut proinde emenda-
tione & sanatione quam maxime indigeat. Vix enim vitium datur
enorme, quod non vitiosum intellectus iudicium, cui suam originem
debet, supponat. Cartesianorum quidem maxima pars in eo tota est,
ut intellectum ab erroribus liberare, voluntatem vero errorum cau-
sam constituere soleat. Sed ex qua erronea hypoth. talia somnient,
nominem facile latere potest, qui cognitam habet perspectamq; Car-
teianorum mentem de germanis rerum, si non omnium, saltem plu-
tiorum

D

rimarum

rimarum, ideis, quas per naturam in mente nostra dari, frigunt. Secundo autem, quod ad voluntatem attinet, constans Philosoporum saniorum opinio est, illam proprii luminis experientiam, adeoque cæcam, esse, quæ vel se ipsam, vel reliquas mentis nostræ facultates, emendare nequeat. Igitur, cum ignoti nulla sit cupidus, sane in voluntatis viribus non est situm, solicite circumspicere, aut auxilia suppeditare atque remedia, quibus corruptio animi eiusque morbus corrigi posuit, sed hæc intellectus munia sunt & operationes, unde, primam quoque præcipuamque intellectus curam habendam, & emendationem intellectus ante voluntatis emendationem ponendam esse, nullum est dubium. Quæ contra verum hoc assertum ab Observatoribus Halensibus, Tom. II. Obs. XII, §. XIII. p. 281. afferuntur, ita se habent, ut facile refutari possint. Dicunt enim, intellectum facultatem mere passivam esse, quia patiatur a voluntate, & contra voluntas non patiatur ab intellectu, adeoque non intellectum, sed voluntatem, iudicare. Verum enimvero, quis non videt, sententiam hanc falsam esse, cum non solum intellectus operationes activæ sint, sed etiam non intelligere, proprie & formaliter DEO competat, de quo tamen dici hoc non posset, si intelligere idem foret, ac verum pati. Ceterum de re ipsa omnino conferri meretur VIR CELEBERRIMVS, DN. SEB. EDZARDI, Fau-
tor meus observauerit & officiose colordus, in Erörterung der Frage, ob die wahre Besserung vom Verstand, oder vom Willen angehe. Vbi tales in medium Vir Doctissimus affert rationes, quæ Fanaticorum hominum opinionem heterodoxam penitus evertunt.

XVII. Cum Scriptoribus Librorum Pseudophilosophus, P. 2. c. 8 §. 9. p. 169. certamen init, illosque reprehendit, quod rarissime praxin addant notitiæ, & sibi ipsis ac famæ suæ scriptitent, minime autem DEI gloriam querant, immo, quod plurimi ne quidem sciant, quid sit DEI gloria, aut quomodo promoveatur. Hinc loco citato ita infert: *Vnde, e mille libris saepe vix unum usu suo quidquam ad DEI gloriam per se conferre, fatusque plurimos de Parentum suorum stolidia ac mataologia testari, mirum esto nemini.* Certe Diogenes, si redivivus librorum constitueretur censor, quod olim de pueri mentis impote dixit, rectius pronunciaret de libris plurimis, dicendo: *Genitor sive auctor tuus sic genuit vanitate ac mataologia ebrios.* Illi, contra quos proclamatur Philosophus Barbarus, potissimum Theologizæ cultores et Evangelii sunt præco-

nes

nes, quorum eadem in thesi fecit mentionem, & per integrum fermum librum insensissimum se exhibuit hostem, eo, quod fanaticis non favent erroribus, & contra eos, tam voce, quam scriptis, pugnant. Horum igitur scripta appellat vana, usque suo destitui, clamitat, nec facile ullum admittit, quod ad finem, sive ad amplificandam DEI gloriam, sic destinatum. Tanta huius Fanatici viri est impudentia, ut eruditissimorum Virorum scriptis insultare, ineptumque de iis ferre iudicium, audeat. O miserum vero te Lingum, miserosque Pietistas! qui doctos utilesque aliorum labores atro notatis carbone, & ad regnum scutellarium relegatis, vestras vero ineptias, tricas, deliria, ac nescio quae, alia Pietisticæ sordis excrements, evexit, & pro sola sapientia venditatis. Movent Lectori sano stomachum chartæ Pietisticæ, quarum tanta est copia, quanta muscarum tempore æstatis. Scribat pro schedulis Pietisticis M. Franckius, stellio Halensis, disputationes Theologicas, & hac insimul ratione, uti Professorem Theologix publicum decet, satisfaciat muneri suo. Longo-Barbari equidem scripta vidit nostra actas, sed vidit simul & audivit horrenda Matæologi huius dogmata, monstrosa asserta periculosissimasque hypotheses, quibus sane gloriam DEI minime promovit, sed potius tot incautos iuvenes corrupit, &c, pro animi petulantia, in perversum & a vero alienum flexit sensum, ut si Diogenes ipse redivivus Medicinae mentis Langiana & Anti-Barbari constitueretur censor, idem sane, ac de puero mentis impote, ferret iudicium, Genitor sive Auctor uester vos genuit vanitate ac Matæologiae ebrios.

XVIII. Doctrinam de Veritatibus materialibus Longo-Barbarus; P. 3.c.1. §. 2.p. 198. *Med. ment.* proponit, quas formales includere posse falsitates, exemplo sequenti comprobare nititur. Aristotelicos magnificantiam suam pro virtute habere, est veritas facti, sed, istam magnificencia non esse verum virtutem, est falsitas formalis, seu magnus mentis error. De thesi constat, sed, ad exemplum theseos quod attinet illud prorsus falsum esse, puto. Non enim video, quomodo cum natura virtutis magnificantia pugnet, si exponatur eo modo, quo id factum est a Cœliberrimo JACOBO THOMASIO in *Tabulis Moralibus*. Et, quid impedire, quo minus eiusmodi magnificantia locum obtinere queat in re virtutes? Sane, si respiciamus ad Reges, aliosque summos imperatores, poterit omnino stare magnificantia, sine viuo tamen, modo videtur

videtur nimium illud, cum omne nimium vertatur in vitium. Neque difficile admodum foret, sacris virtutem hanc illustrare exemplis, & ostendere, quot & quam variis modis magnificentiam exhibuerint Reges, ut proinde, si in se magnificentia consideretur, vitii habitum non induat. Secus vero sentiendum est de eo, quod per accidens saepe fit, qua ratione etiam ea, quae omnium iudicio bona dici merentur, per accidens & ex abusu mala fieri possunt. Igitur, loco exempli huius falsi, accuratius & verius apponere libet. Sic veritas facta est, *Langii Anti-Barbarum* magnis evehi laudibus a fanaticis, eiusdemque *Medicinam mentis a misello Bodenburgio*, [permitte mihi, ut te ita vocem, quia totus, quantus es, miser Philosophus es, & ad erudientiam studiosam iuventutem plane ineptus, atque hac ratione minime dignus, qui rector voceris, nisi talis intelligatur, qui misere regat alios] pro vera mentis medicina haberet. Sed utrumque falsitatem formalem erroremque magnum includit, cum *Langii Anti-Barbarus* totus sit barbarus, neque ulla laude dignus, & ipsius Medicina mentis minime vera dici debeat, sed potius venenata, quae rationem corruptit, Luminique fano repugnat.

XIX. Properandum est ad alia, & omissis iis, quae p. 289. & 290. §. 33. & §. 34. aliisque in locis, a fanatico homine heterodoxe dicuntur, ea verba sub examen revocari merentur, quae p. 423. §. 63. Part. 5. c. 1. sic concepta leguntur. *Eo enim insaniae plerique (Poetae) processerunt,* ut hoc genus hominum ab ipso cacodæmone ad destruendam Sapientia ac virtutum disciplinam conductum videatur. In quo præceteris clari sunt *Horatius* & *Ovidius*, homines aperie, sed ingeniose nequam, Christianæ iuventutis corruptores publici, & (ut ita loquar) privilegiati, quibus cum eodem fruuntur privilegio, eademque insania comici nugatores laborant. Ne doctrinæ Christianæ alumni soli sint, qui iniustissimam censuram *Ioachimi* patientur, eadem quoque dignos, immo dignissimos, putat Gentiles, atque inter istos Horatium potissimum & Ovidium, quos ab ipso Cacodæmone ad destruendam Sapientia ac virtutum disciplinam conductos, existimat. Sane dura hæc sunt verba, & expendi merentur. *Primo* igitur non nego, Gentiles iudicuisse vitiis, & nefanda perpetrasse scelera, quae non solum cum omni honestate pugnabant, verum etiam sanæ rationi rectoque intellectus lumini vim inferebant, ita, ut propter illa quoque a DEO in reprobum dati fuerint.

rint sensum. Sed nemo nostratum Philosophorum & Theologorum
hæc gentilium vitia vele excusare, vel laudare, sustinuit, potius iustissi-
mum DEI iudicium prædicarunt, summam Paganorum miseriam dis-
centibus serio inculcantes. Præterea tamen, illud minime silentio præ-
tereundum esse, censuerunt, quod ad gentilium laudem stupendam
que eruditionem faceret, qua illustrem Nominis famam sunt conse-
cuti, & a sapientioribus in publicis scriptis celebrati pariter ac æstima-
ti. Eapropter probe noverunt distinguere inter vitia gentilium eorum-
que virtutes, quibus penitus illos fuisse destitutos, nemo prudens faci-
le affirmabit. Et vel sola linguae elegancia, quæ in Paganorum scrip-
tis deprehenditur, argumentum non contemnendum est, quo illorum
lectio studiosæ iuventuti commendari possit, in primis, si a piis docto-
ribus serio a vitiis illa revocetur, quæ in perlegendis v. g. Ovidii alio-
rumque scriptis animadvertisit, & ad virtutes aliaque bona ac utilia in
iisdem obvia incitetur. Certe ego, quod bona conscientia testari pos-
sum, non sine iucunda recordatione & insigni usu, nominatim, Ovi-
dium & Virgilium a *Celeberrimo VIRO*, hodieque *Doctore ac Profes-
sore Theologo Argentoratensi*, *Excellentissimo DN. PFEFFINGERO*,
quem *DEVS in Ecclesiæ Orthodoxæ solatium & Patriæ Academiæ decus*
quam diutissime hospitem præstet ac florentem, illustratos audivi, qui in a-
liis quoque Gymnasiis maximo cum fructu explicantur, & quæ nota-
tu digna in illis occurunt, a probis Præceptoribus diligenter anno-
tantur. Igitur iniurioso nomine Christianæ iuventutis corruptores
publici & privilegiati *Pseudophilosopho* audiunt, cuius audacia & im-
pudentia est tanta, ut ipsis quoque Superioribus & Privilegiorum Au-
toribus insultare non erubescat. *Conf. dissert. nostræ Anti-Langiana §.
4, 5, & 6.*

XX. Non minus vehementi odio, ac invidioso plane animo, Philo-
barbarus invehitur in Aristotelem atque Scholasticos, in primis vero
B.LVTHERVVM singulari ac Divino Spiritu regni Scholastico-Aristo-
telici principem aggressum esse, & e scholis Academiisque Aristote-
lem proscriptisse, eiusdemque strophas & ineptias Dialecticas in exili-
um relegasse, *Part. 5, cap. 1, §. 46 pag. 169*, docet. Non refragabor *Langio*, regno Aristotelico scholastico infensissimum fuisse LVTHE-
RVM, immo non solum LVTHERVM, sed etiam ipsius germanos
successores, qui ad unum omnes, nullum Aristoteli concederunt re-

gnum

gnum in Theologia, nullum fundatum, nullumque præsidium, sed potius ore pariter ac scriptis propugnarunt, delendum esse eiusmodi regnum, quod cum Scriptura Sacra quam maxime pugnat. Sed aliud est, *Ioachime*, proscribere & relegare Aristotelem regnante, alii vero proscribere & relegare universam ipsius Philosophiam, debito usu adhibitam, & ab abuso liberatam. Iam locum, quæso, mihi ostendas, si vir es, in LVTHERI Scriptis, Aristotelem eiusque Philosophiam, posteriori modo consideratam, a B. VIRO in exilium esse relegatam. Quod vero Scholastici abusi fuerint Philosophia Aristotelica, illamque divinis Pandectis censuerint maiorem, id omnino refutatio-ne & exprobratione in cæcis Aristotelis admiratoribus dignum existimavit Lutherus, & cum ipso omnes ac singuli, quotquot nostratum sunt Theologorum. Frustra igitur Theologos pariter ac Philosophos nostros accusat *Langius*, quibus nunquam in mentem venit hac in re dissentire a B. LVTHERO, eiusque opinionem firmam in dubium vocare. Quamuis in eo omnes *Langio*, *Ziroldo*, *Arnoldo*, famosorum trigæ fanaticorum, ceterisque morosophis, repugnant, quod nihil prorsus in Aristotele, atque Scholasticis sapientia & prudentia dignum reperiri, arbitrentur sed frivole fateantur, horum scripta virorum nihil, nisi barbariem redolere, & splendida mendacia quisquilias, ineptias, ac insana dogmata esse, a diabolo profecta, quas sane nugas & spissas impotentis animi tenebras Viri omnium seculorum eruditissimi firmis rationibus, sua luce radiantibus, dissiparunt. Libet ex multis vel unius Philosophi summi, & extra controversiam magni, iudicium de Aristotele atque Scholasticis huc apponere. Sic autem HVGO GROTIVS, de Iure B. & P. in Prolegom. §. 42, differit. Inter Philosophos merito principem obtinet locum Aristoteles, sive tractandi ordinem, sive distinguendi acumen, sive rationum pondera, consideres. Vt nam tantum principatus ille ab aliquot hinc seculis non in tyrannidem abiisset, ut veritas, cui Aristoteles fidelem navavit operam, nulla iam regalis opprimatur, quam Aristotelis nomine. Ego & hic, & alibi, veterum Christianorum sequor libertatem, qui in nullius Philosophorum Sectam iuraverant, non, quod eis assentirentur, qui, nihil percipi posse dicebant, quo nihil est studiis, sed, quod, nullam esse sectam, putarunt, que omne verum vidisset, & nullam que non aliquid ex vero. Et §. 52, Scholastici quantum ingenio valeant, sepe ostendunt, sed in infelicius & artus in bona-

rum

rum signata serula inciderunt: quo minus mirum, si multa laudanda, & aliqua & coramanda sunt. Tamen, ubi in re morum consentiunt, vis est, ut errant, quippe perspicaces admodum ad ea videnda, quae in aliorum dictis reprehendi possunt. Huc quoque spectant ea, quae in *Difserit. Anti-Lang.* §§. 4, 5 & 6, dicta sunt. Neque sine maxima iniuria nostratisbus Philosophis *Pbilo-Barbarus* affingit mentem Magistrorum Coloniensium, qui non dubitarunt Aristotelem in divorum numerum referre, *vid. §. 48, pag. 471, Med. ment.* Notum enim est eruditum illud scriptum, quod consummatissimus Theologus pariter ac Philosophus, B. DN. D. DANNHAVERVS, edidit, & de *Aristotele in orcum recidivo* inscribitur, oppositum scripto Pontificio, *de Aristotele ex Orco redivivo*, cui sententiae Scripturæ sacræ conformi, Theologi ac Philosophi nostrates omnes firmiter inhærent, nec latum unguem ab illa recedunt. Sed quam maxime nititur *Pseudophilosophus* perversissimam hanc opinionem suam contra nos Aristotelem in nostris Scholis regnare, eumque in cœlum usque efferri. Illud autem petitum est ex *Celeberrimi KOENIGII, Theologi Rostochiensis Theologia Positiva Acroamatica*, de qua *Med. ment. §. 51, & §. 52, pag. 473,* eiusmodi iudicium fert, quod impudentissimum est, & vel Theologiæ tirone indignum. Verba Viri prodigiose fanatici hæc sunt. *Quod qui exemplo aliquo sibi vult demonstrari, conferat celeberrimi Auctoris Theologiam Positivam Acroamaticam, [commentariis ac prælectionibus Academicis hucusque illustratam & auctam. & in eis potissimum articulatum de Libero arbitrio: abi, Autoren non tantum. cum Scholasticis si non pli- citer tricari, sed etiam magnam spinosæ Metaphysicæ partem in paucula folia transsumisse, deprehendet. Cetero vertigine potius cerebri mrorabit Theologia, tot spinis dilacerata, quam animum Divinoluzine, gestu at effectu perfundat.* Quam contentiosum sit hoc Scholasticum Theologiae genus, infinitæ Theologorum controversie hactenus comprobaverunt. Hinc §. 54. p. 474 concludit: *Parum fuisse corruptis Philosophis, Theologiam corrumpere, & ex ea facere disciplinam piseatoribus clatfam, & non nisi spinosis dialecticis patentem.* Primo, quantus sophista sit *Iacobinus*, clare demonstrabo: Argumentatus est vir *αλογος* ita: *Quicquidque in Theologia Positiva Acroamatica proponenda terminis Metaphysicis ntitur, ille non solum cum Scholasticis simpliciter tricatur, sed etiam segnum Aristoteli & Scholasticis in Theologia ascribit.* Atqui *Ex-*

b-
-

Ieberrimus *Kænigius* etc. Ergo. Permitte mihi, mi *Langi*, ut ex infimo
Scholæ Vittembergensis discipulo, (vel si mavis, impera tuo clienti,
misello rectori *Bodenburgio*, ut ex Gymnasio Berolinensi mihi quen-
dam transmittat] quæram, num maior hæc propositio vel speciem ve-
ritatis habeat? Vix aliter respondere potest, quam negando. Igitur
pudeat te Rectorem olim(licet absque notitia recti) scripsisse talia, quæ
invenibus paradoxa, falsa & inepta, audiunt. Certe vel mille exem-
plis absurdissimus hic colligendi modus Langianus everti potest. Sic
Iureconsulti non solum terminis Metaphysicis, sed etiam moralibus,
utuntur, quis vero citra summam absurditatem dicet, regnare Meta-
physicam & Philosophiam Moralem, servire autem Iurisprudentiam,
vel hanc inferiorem esse illa. Pari modo Ministrorum opera consili-
isque utuntur Reges, sed nemo sanus illos superiores Regibus dixerit.
Taceo, quod purum putum sit mendacium, terminos vel distinctiones
adhibere Metaphysicas, idem esse, ac simpliciter tricari. Quis enim
hac ratione a tricis summorum Theologorum scripta liberabit? vid.
summe Rever. DN. D. VVERNSDORFI Programma nuper editum,
quo Excellentissimi DN. Profess. SCHROEERI, Orationem Theolo-
gicam Inauguralem, sollenniter habendani, significavit. Secundo
autem, quo iure nostrum Theologæ genus contentiosum vocet *per-*
ditus Pietista, non video. Nolo comparationem instituere inter no-
stram & *Langianam* Theologiam, quæ sane ex iniquissimo non aliquid
tantum, sed prorsus omnia habet, illud modo Lectoris Benevoli iudi-
cio relinquam, num contentiosior vir inter Pietistas extiterit, *Ioachimo.*
Totus *Pbilobarbarus* ipsius nihil aliud est, nisi pugna cum DEO eius-
que verbo patefacto, est promptuarium, calumniis, scommatibus, tri-
cis, ineptiis, & quid amplius dicam, profunditatibus Satanae plenum
& refertum, liber veri succi ac spiritus expers, & a simplicitate ac gra-
vitate Theologica prorsus alienus. Tertio denique tantum abest, ut
Langius probare possit, Theologiam B. KOENIGII positivam, disci-
plinam pescatoribus clausam, nec, nisi spinosis dialecticis, patentem es-
se, potius hæc verba in crassum plumbeumque ac vere rusticum Anti-
Barbarum *Langianum*, quam auream B. *Kænigii* Theologiam positi-
vam quadrant, quæ ex tot summorum Theologorum iudicio accura-
tissimo, non solum sanam Theologiam iuxta unicam fidei normam,
sanctissimam scripturam, pie, orthodoxe, solideque proponit, sed eti-
am

am universam Theologiam sive fine patentem, & erit in nouu exhibet, ut intra breve temporis spatum illa non minus repeti quam memorie feliciter comitari possit. Quare impudentiam huius viri satis mirari nequeo, quæ tanta est, ut odio in Evangelicam veritatem fortissimo, quamvis Lutheranus se falso profiteatur, facile omnes superet.

XXI. Progrediendum porro esset ad alios errores, quibus reliquæ paginæ Langiane scatent, quos tamen, paginarum angustiis præpediti, vel paucis tetigisse in præsenti invabit. Sic p. 477. *Meditatione de gentilium salute disputatione*, nec iusto durius, nec riqui⁹, de illa esse iudicandum Cur ergo Langius de Christianorum Philosophorum salutem tam audacter, tam contra Christianum amorem, in sua Aegritudine mentis iudicat? P. 490 §. 25. & §. 26. itemque p. 496. §. 5. cum fanaticorum turba mentis centrum & animæ fundum defendit, contra quem, more suo, gravissime insurrexit B. DN. D. NEV-MANNVS, in *Disp. de Regeneratione*, A. 1708. habita, Respondente Dn. Io. Isaco HEYSIO, auctore, ac civi meo ex animo eolendo. Verba Præceptoris Optimi, p. 32. hæc sunt: *In quo subiectum regenerationis non est consitus animæ fundus, aut puntum, cuius vocant, saliens, in quo DEVS a prima hominie nativitate habitet, Filiu in quo spiritu lumen gignat, & Spiritum Sanctum sive gaudium producat, sicque adeo hominem regeneret. Quia hic fundus animæ omni scripturae fundimento destituitur, & verissimum Mysticorum & fanaticorum figmentum est, qui, ut profundius sapere viderentur, fundum commentisunt, adeo obscure descriptum, ut ipsimet, quid velint sibi, nesciant.* Conf. quoque p. 33. Antithesin, quæ contra Poiretum, omnium Mysticorum promachum, allata fuit. P. 524. §. 13. in Theologiam & Orthodoxiam superficiariam invehitur, quam iconolatriæ speciem esse, dicit, & nostratisbus Theologis ex malitiosa mente ubivis affingit. Sequentे §. 14 caput επειδοξον atque fanaticum prodit. P. 537 §. 37. Metaphysicam entium naturam inanes abstractiones & fictiones tradere, & ad studiu n stultitiae pertinere, inepte ac pueriliter asserit. P. 551. §. 22. 23. 24. & 25. superbissimum animum ostendit, & ea iactitat, quæ a veritate aliena sunt. P. 554 §. 26. artis Orationis regulas & regulas & præceptiones inanes vocat, & ex animi petulantia vel ignorantia illas sapientiæ, linguarum comitatu ornatæ, opponit. P. 555. §. 1. de eruditione solida satis egisse nugatur, ut quia stultorum (iudicio Langii,) qui, que falsa sunt ac v. in. 2. pro veris ac solidis magno cum stupitu venditant, ac in impedimentis ornamenta sua querunt, ferme plena sunt omnia, non inconsultum esse, putat, de eruditione falsa seu stultitia se simagere, quoniam sequente ita definit: quod sit v. in. 2. sive v. in. 3.

E

vel

vel utilium, vel inutilium. farmgo, inordinato corruptationis usu ad ostenta-
tionem præpostere congregata, quam entis ruditas & egruudo mirum in modum
augetur, e.g. eruditio Largiana. Si quis enim ideam eruditionis falsæ, sive
stultitiae, desideret, eiusque imaginem vivis coloribus depictam videre cu-
piat, adeat Langii Medicinam mentis, Antibarbarum & Epuris Epistolicam,
deprehendit in singulis hisce scriptis non solum ineptarum inutilium que-
sententiarum farraginem, inordinato corruptissimæ rationis usu ad ostenta-
tionem præpostere congregatam, sed etiam suam mentis ruditatem ac
agritudinem, cum mille præiudiciis ac erroribus, indomitorumque affe-
ctuum servitute coniundam. Pag. 559. § 8. eiusmodi verba leguntur, quæ
Pseudophilosophum hunc accuratissime delineant. Quarenti enim, quis
& qualis sit Ioachimus Langius? respondetur, quod sit ille, qui ex incla-
scendi cupiditate literarum studia tractat, & aliquod inter eruditos falsos no-
men captat, ad pompam & ostentationem dirigit omnia, menteque habet &
prodit inanem ac vanissimam, quæ, ut scopum pervertit, sic etiam methodum
seu viam suam mille dolis vitiat, nec desinit, nisi in eleganti, sed ineptissimo, va-
nitatis habitu. Vnde Ioachimus, dum se ipsum suasque ingenii dotes & inven-
tiones, admimitur, tacitisque laudibus effert, sit sui ipsius idolum, Deo abomi-
nandum. Vel etiam hunc in modum, si ad §. 11. respicere velimus, Ioachi-
mus Langius delineari poterit: quod sit eiusmodi Pseudophilosophus, qui ru-
ditate ac corruptione, quæ in primariis mentis facultatibus haret, nec agnita,
nec expulsa, citra illuminare renovataque mentis oculos ad spiritualem indo-
lem, cum quadam ingenii iudiciique sagacitate ac acie in Scriptura & Sacra-
ritus irruit, eamque plerunque profana menti sue convenienter interpretatur. Pag.
561. §. 12. in Libres Symbolicos nostros, in primisque in Formula Concordiæ saevit, quæ inter omnes L.S. potissimum fides est in oculis recentiorum
Fanaticorum, cum nullum virulenti convicci genus sit, quod non totis
plaustris in eandem coniiciant, teste Summe Venerabili & nunquam sine ho-
noris præfatione a me nominando, Theologo, DN. D. FECTIO, in Praelect in
Form. Concord. §. 1. id quod suo exemplo Brenneisenius non tantum, sed
principue famosissimus iste diaboli advocatis ordinarius (ut cum Summo
Theologo DN. D. MAYERO loquar) G. Arnoldus, quem ipsum met nomen,
in duas divisum voces, stultitiae & dolii convincit, demonstravit. P. 562. §. 14.
in dignitates, titulos ac gradus Academicos iniurius est, ipse quidem Magi-
ster, quamvis ex fastu intolerabili se talem non profiteatur, uti ex inscripti-
one Medicinæ mentis patet, a quo tamen diversus est M. Franckius, qui hanc
collatam sibi dignitatem in concionibus suis Germanicis celare noluit. Vide

Summa

Summe Reverendi DN.D.VVERNSDORFI Programma, nuperrime contra Langium editum. Sed, quid de ceteris dicam paginis, scommatibus & tricis refertis, quæ nihil aliud, quam summum odium in Logicam, Metaphysicam, Ethicam & Rheticam, produnt, minime profecto dignæ copiosa refutatione, in primis, cum adhuc aliquot numero quæstiones super sint examinandæ, quibus potius immorari lubet, quia magis etiam prodest. Sufficiat igitur, hæc circa Medicinam mentis Langianam monuisse, & vel ex iis erroribus in medium productis ostendisse, quam pestilentissimus iste sit liber, velut anguis fugiendus, ne iuventuti studiosæ noceat, illamque in infinitos errorum mæandros, non sine maximo Christianæ Reip. detrimen- to, educat, quo ad abominandum delabatur Fanaticismum, eruditumque orbem monstrosis dogmatibus perditisq; erroribus, vexet pariter ac turbet.

XXII. Igitur, quod ad quæstiones illas attinet, quas firmis motus ratio- nibus examini subiiciendas esse existimavi, libet in præsenti querere, quid sentiendum sit de illa scribendi formula, qua non nemo ex Celeberrimis Theologis Vittembergensibus, cum ipsi a Studio suo quodam Album offer- retur, usus est, & hunc in modum se habet: **CHARACTER FANATICO- RVM EST, ODISSE VITTEMBERGAM.** Male habebat hoc dictum Vi- rum in vicinia ceteroqui doctissimum Celeberrimumque, qui eo devenit fervoris publico in loco, ut inepte illud ac imprudenter a Doctore Theolo- go Vittembergensi pronunciatum scriptumque esse, libere confiteretur. Liceat mihi quoque libere dicere, quod res ipsa est, ea tamen modestia, qua decet, & cui ego quam maxime studeo, & in posterum studebo, in primis cum me ex observantiae lege obligatum sentiam. Ante omnia vero bona fide te tor, me non esse ex numero illorum, qui, cæco impetu & præiudiciis abrupti, in verba suorum iurant Magistrorum, sed potius querere me veri- tatis sanctissimæ præsidium in divinis Pandectis, & res ad Philosophiam spectantes revocare ad rectum rationis dictamen, ac insimul attendere ad doctissimorum argumenta Virorum, quæ si sacra sint, & cum Scriptura convenient, pie in illis acquiescendum esse existimo, si vero Philosophica au diant, & cum sanatione amice conspirent, illis consensum denegare, vel militiose resistere, nefas duco. Quare, cum inter Vittembergenses & Argentorates Theologos consensum constantem deprehendam, in Sa- cræ fæsi latum Scriptura, ac divinis argumentis comprobatum, indubiusque rationis munitionem, neque latum unguem a Vittembergensium Theolo- gorum doctrina recedendum esse, puto, potius eam, quam veram esse san- ctamque, & ad mentem Spir.S. traditam, & ab ipsis propugnatam, in con- scientia

Scientia sum convictus, ad beatam usque ~~āia'λυν~~ mordicus defendere
omni studio sim laboratus. Et, hoc veritatis amore com motus, non pos-
sum non veram pronunciare Celeberrimi Theologi Vittembergensis op-
inionem, inter characteres Fanaticorum referentis, *odisse Vittembergam*.
Non eo equidem significatu *characteris* vocem accepit, quasi proprium in
quarto modo denotaret, competeretque omni, soli, seu per & reciproce,
cum sine veritatis iactura minime possit dici, *sols Fanaticos odisse Vittem-
bergam*, sed primum maxime modum characteris voce voluit intellectum,
qua ratione certum omnino est, apud emnes Fanaticos in odio esse Vittem-
bergam. Vix enim inter tot Fanaticos reperies unum, qui Vittembergensi
faveat Academiæ. Certe, si per exemplaire in præsenti vacaret, dicti veri-
tatem luculentis indubiusque testimonii demonstrare, non difficile foret.
Iuvabit tamen, vel quorundam inieccisse mentionem, quæ *Celeberrimus D.*
VAL.ERN.LOESCHERVS, *insigne Ecclesiae Orthodoxæ Lumen*, in erudita
Dissertatione contri Criminacionem Neo-Pelagianismi, recens Orthodoxyis
Doctoribus impositam, Resp. *Dn. Gerb. Hespenio*, Oldenburg. S. I. veluti in Ca-
talogo attulit, cuius verba huiusmodi sunt: *Verissime uuper Celeberrima
buius Academiæ Theologiae*, *D.G.VVERNSDORFIUS*, in *Dissert. de Osiandri-
smo in Pietismo redivivo*, p. 46. scripsit: *aduobus prope seculis fanaticorum cha-
racterem habitum, odisse Vittembergam*. Sane cum yerec'hac tempore Academias
odio prope carbolico prosequatur, cum prius illas, quæ pro veritatis san-
ctissimo deposito fortiter certant, quoties in illas non ruitim debacciatu*s*, pri-
mo ut plurimum loco Vittembergam nominat, non honoris, sed consumelia eau-
sa. *Tb. Münzerus*, fanatico spiritu impotentissime abrepens, lubenter in Alma
nostra nomen convicia effundebat. Alius unum saluem illi denegavit. Cum
hisce magni nostri LOESCHERI verbis ponderosis consentiunt ea, quæ, in
beatum obitum D. NEVMANNI, musa Celeberrimi Theologi Lips. DN.
D. TH. ITTIGII, quem ante octiduum e vita discessisse, serio Leucorea no-
stra luget, nec minus acerbe tanti VIRI iacturam deflet, hunc in modum
ecceinit:

*Leucoris haud frustra Priscis mons candidus audiit,
Lux ubi post tenebras dia renata fuit.*

*Oderunt tenebra lucem, mendacia verum,
Omnibus inde malis Leucoris illa nigra est.*

Et paulo post:

*Sed Pietistarum fortassis habebit amicos,
Ductores, nemo peior habetur iis.*

Quic-

Quicquid sannarum reperiatur, congerit ista
Turba, pios maculis docta noscere Viros.
Cernit, ut Heretici nota sit non ultima, si quis
Leucoridos nequeat nomina, scripta, pati.

Quo etiam spectat & erudita Oratio Inauguralis Theologica Viri Summe
Reverendi & Amplissimi, DN. D. HOFMANNI, Fautoris mei officiose & ex
animo colendi, DE CRIMINATORIBVS ORTHODOXIAE. In primis vero
hostem infensissimum, & fere in furorem actum, Iohab. Langium, Vittem-
berga est experta, cuius sive Ideam species, sive Relationes Germanicas, sive
Medicinamentis, sive Antiberbarum, sive Episcopis Epistolicam, sive deni-
que criminosum istum libellum, qui Orthodoxiai vnpulans, sive Maledogia
in Cathedra LVTHERI, inscribitur, integra criminationum plastra reperi-
es. Ut vel unius tantum flosculism memor, impudentissimo ore blaterati,
Orthodoxiam Vitembergensem loco virginis falso credita, seu loco meretricis,
cum publica sui prostitutione ad palum numellarium religata, cognitam esse.
Ut proinde mirari satis non possim, huius fanatici viri mendaces Relationes
Germanicas, Lipsiae non solum sub censu ram vocatas, sed etiam ibidem ty-
pis impressas esse, cuius rei veritatem nuper admodum accordato viro, &
constante veritatis Evangelicae propugnatore, ex fide dignis literis confir-
matam audivi. Verba Optimi Lipsiensis haec sunt. Des unsinnigen Langens
Epistola ista nebst der Disputation de experientia spirituali hier. Ich wün-
sche ihm den Geist der Sanftmuth, und daß Gott seinem beffrigen Stürmen
und Unverstande wehren wolle. Ich habe mehrmals mit großen Unmuth er-
wogen, daß seine Schmäh-Chartequen, der 1, 2, 3, 4, und sonderlich der 8 Theil
seiner Nachrichten wider Herrn D. LOESCHERI unschuldige Nachrichten,
hier in Leipzig von Ioh. Heinr. Richter gedruket, und von Herrn D. R. so wohl
censiret, als corrigiret, worden. Der Herr Herr sehe drein. Ceterum calum-
nias, quas Lipsiae non ita pridem M. Io. Christianus Blumius, Brunsfie indi-
gnus Theol. Candidatus, contra Vitembergensem Academiam impuden-
tissimo ac puerili ore eructavit, silentio prætereo, neque homini rem
hunc dignum iudico longa refutatione. Novisti enim [non novis eu] p[ro]p[ri]et[ate] h[ab]et
4, lib. Iubil. Theol. Emer. scribis] ipse, mi Blumi, & norunt alii, quam tibi in
Theologia h[ab]eat aqua, quam tibi desint vires, teque ex ignorantia crassa
omnium minime idoneum esse, qui de Vittenbergensium Orthodoxyia
Theologorum iudices, multo minus illos pro h[er]eticis habeas. Igitur tuam
potius doleo iudicij eclipsin, quam sine dubio annorum defectus est causa-
tus, & abs te peto, ut in cellulam abeas tuam, & vel canendo, miserere mihi.

*o Vittembergia, solatium quæras. Longe aliam mentem erga Vittemben gen-
sem Academiam Ampl. VIR. DN. M. HERN. IOACH. HAHN, Ecclesiastes
Dresd. ac fautor meus officiose colendus, testatus est, qui, et si Lipsiensibus
Musis fuerit addictus, & a Vittenbergensibus remotus, nihilo tamen mi-
nus, cum nuper Dresdæ Album Ipsi offerrem, hoc potissimum amoris ac
benevolentia testimonium mihi relinquere voluit: Character Orthodoxo-
rum est, amare Vittenbergam, ut Sanctam B. LVTHERI Lutheranæque de si-
de professionis Cathedram. Sint igitur, qui Leucoreæ nostræ fanam minu-
ere, & quantum in ipsis est, penitus delere gestiunt, sunt tamen & erunt alii,
qui pro hac Musarum fide ad DEVMS sanctas fundere preces non intermit-
tent, quo ad finem mundi usque Christo Iesu Ecclesiæ Principi purum car-
men canat, & contra hostium insultus tam fortiter pugnet, quam pretiosissi-
mam victoriam reporteret.*

XXIII. Quo copiosiores fuimus in decidenda quæstione prima, eo nunc
breviores erimus in secunda examinanda, in qua discipiendum est de eo,
quo iure, vel potius, qua impudentia, *Langius* invehatur in officium Adiun-
ctorum? Instituit *Ioachimus* ex fastu intolerabili comparationem inter *Cele-
berrimum Theologum*, DN. D. VVERNSDORFIVM, et se, famosissimum
quodam Rectorem, nunc Professorem, & inter alia, p. 119 *Epicris*, *Epiſtol.*
hæc habet: *Ilo(D. VVERNSDORFIO) Adiuncti titulum, qui vix officii publi-
ci umbra est, capessente, ego Berolini in sede regia præfectus sum. Gymnasio Fri-
dericiano nō infrequent. Gloriatur ergo Rector de maxima prærogativa præ
Adiuncto, cuius officium, ne quidem umbram officii publici esse, putat.
O vanam gloriam Rectoris, O impudentem fastum præfecti scholæ ανόγε!*
Verum, mi *Ioachime*, libet ex te quærere, in quo officium publicum consi-
stere putas? an in certo fixoque salario, an vero in muniorum laborumque
exercitio? Certe prius, si sapis, non facile dixeris, posteriori vero modo ex-
tra controversiam certum est, longe difficiliores labores ac præstantiora
munia obire Adiunctos Vittembergenses, quam Rectorem Berolinensem
(de quo mihi sermo est, non vero de aliis, quos amo & omni prosequor ve-
neratione] Docuisti olim, mi *Langi!* Grammaticam, Adiuncti Philosophi-
am docuerunt? Tractasti Philologica, Adiuncti eadem studia tractarunt,
coniuncta cum Theologicis. Disputasti in pulvere Scholastico. Adiuncti in
Auditorio publico, &c, quod maius est, in Cathedra LVTHERI disputatione
id quod tamen absque iactantia dictum velim. Scripsisti schediasmata, Ad-
iuncti disputationes elaboratunt. Distribuisti forte etiam præmiatu's iuveni-
bus? Adiuncti diligentes literarum cultores crearunt Magistros, neque tibi
forte

forte isto tempore, quo sapuisti adhuc, hanc dignitatem dene passent. Misisti discipulos tuos Vittenbergam, qui vel contra voluntatem tuam ad nos accesserunt, Adiuncti de illorum studiis solliciti fuerunt, & maiorem istis conciliarunt splendorem. Fuerunt non solum Rector, sed etiam Concionator, Adiuncti Professores insimul Theologiae, vel Philosophiae, extraordinarii fuerunt. Denique non mansisti Rector, sed Professor factus es Theologiae, eandem quod; dignitatem Adiuncti consecuti sunt, ZENTGRAVIVS, NEVMANNVS, HARTSCHMIDIVS, VVERNSDORFIVS, LOESCHERVS, aliique plures. Iam, *Ioachime*, Rector, ubi est illa prærogativa tua præ Adiunctis, quam in scripto tuo fanatico non sine maxima impudentia iactas? Vereor, ne sis iniurius in Rectores Berolinenses ut reverae es. Si enim Adiunctorum officium ne umbra quidem officii publici meretur dici, officium Rectoris umbra minor adhuc erit, quod tamen nullus ex Rectoribus Berolinensibus, ne quidem ipse cliens tuus, *Bodenburgius*, tibi concesserit, quamuis id facile largiar, fuisse te Rectorem umbratilem, discipulos misere regentem. Hæc vero, quæ dicta iam sunt, tibi quoque cape, *Christophore Friderice Bodenburgi*, Gymnasi Berolinensis Rector $\alpha\lambda\omega\eta\varphi\alpha\sigma\phi\tau$, qui non erubuisti, in Epistola Gratulatoria ad *Ioachimum Langum*, tuam impudentiam, calumniandi libidinem, ignorantiam, heterodoxam mentem & puerilem petulantiam, luculento testimonio demonstrare. Et quamuis hæ schedulæ tuæ vix refutatione minima sint dignæ nihilominus tamen, quo appareat, quam purus putus matæologus sis, & accerrimus sanae Philosophiae hostis, propediem tibi respondebo. Nunc illud agam, quod mearum esse partium intelligo. Credideris ergo, *plumbeum caput indignissimeque Rector*, me p'ane non ad iram commoveri ineptissimis ac puerilibus tuis scribendi formulis, quibus tibi mox Magistellus, mox Adiunctulus, vocor, potius de utraque dignitate mihi gratulor, & hoc magis, quo maiorem natus sum occasionem, tam voce, quam calamo, contra Fanaticos, quorum in numero te omniure refero, pugnandi. Quam vero vellem, hæc mihi contingere Felicitas, *tecum*, *præfectulo Gymnasii Berolinensis*, pro Cathedra publice disputandi, & Locum, ab Amplissimo Philosophorum Ordine benevole unoque ore mihi concessum, denuo vindicandi! Credas, Rector si ne notitia recti, tibique firmiter persuadeas, me non ex Tacito esse responsum, sed satis meo facturum officio. Utinam & tu partes Rectoris fideliter expleres, neque pestilentissimis erroribus, quos foves, & ex animi petulantia defendis, studiosam iuventutem inficeres, a qua, si suo tempore mercidis loco Pseudopræceptoris perniciosissimique seductoris nomen reportabis, ne, quæso, de iniuria tibi illata conqueraris.

XXIV.

XXIV. Superest ultima & testia quæstio, de qua, pro paginatum argutissimam punc-
cissimis est agendum. Queritur ergo, quid habendum sit de scriptis in stolica Lan-
giana, quam contra Celeberrimorum Theologorum Trigeminum, & obitæ de-
dit? Respondet tribus tantum verbis, fanaticam illam esse, & ex iusta petulantia,
summa impudentia & pleno furore conscriptam. I. surgit per dictus Pictoris Celeber-
rimo Theologo, DN. D. FECHTIO, Viro caritatem sua Vererabiliti, & immortibus
in Ecclesiam Christi meritis illustri, suamque desperatissimam causam loquitur bus-
tricis ac inceptis defendere satagit. Provocat miser tiro preceptorum summum ad cer-
tamen, & vultu furore Goliath, Israel; sicut & quoque DEI populo illud, iustus eo in-
sanis probabitur, ut nulli amplius religioni sibi ducat, contra fidèles Evangelicæ Ve-
ritatis testes, qui ex DEO sunt, & pro sanctissimo Ipsius verbo fortiter propaguant, iu-
ratum agere hostem. Certe iniurias es in Consummatissimum hunc Theologum, nec
minu in Celeberrimum DN. D. FOERTSCHIVM, Theologum Lenensem Primari-
us, laudibus meis longe maiorem, contra quem velut iniquissimus sophista disputa-
sti. Quibus enim ex verbis probabis unquam, DN. D. FOERTSCHIVM statuere, no-
titiam regenitorum & iregenitorum specie differre? Nonne aliud est, lequi de eius-
modi notitia speciatim accepta, quam ante descripsérat, aliud vero, notitiam rege-
nitorum specie differre a notitia iregenitorum? Cur ergo, p. 14 Epicris. Epist. vol. 9. 3.,
hæc dico tam frivole & petulantem confundis? alios ut locos in præsenti, brevitas
causa, taceam. Eadem impudentia Celeberrimi Theologi, DN. D. VVERNSDORFI.
Dissertationes eruditas de Gratia docente aggressus es, quas fœtum ante lucis usuram
extinctum in fredo Auti Barbero vocare non erubuisti, quasi tuus Philo Barberus
iudex foret controversiarum Theologicarum. Certe plus sapientia Theologicæ so-
lidæ ue doctriæ in una reperitur pagina Dissertationis VVERNSDORFIANAE,
quam in toto tuus Philo Barbero, qui nugatum calumniarumque plenus est. Non mi-
nus crassum est mendacium, quando probum hunc Theologum superbiz insimulas,
de qua tamen, nihil minus, quam hoc, dici potest. Sed sine dubio Cordatum hunc
VIRVM tuo genio perverso metiris, cum extra controvèrsiam verum sit, superbio-
rem maiæologum ipso Lango vix dari, id quod, inter alia testimonia, illa, quæ p. 119
& 120 Epicr. Epist. leguntur, clare de id haueam usque demonstrant. Denique ipsi-
sum quoque Celeberrimum DN. D. VAL. ERN. LOESCHERVM. Epicr. Epist. p. 124
puagis, quod non omnia præstiterit, quæ promisit. Sed, Vitum hunc doctissimum,
& Theologum sine controvèrsia magnum, quam maxime idoneum esse, qui illud
præstet, quod promisit, specimina luculenta suppeditaverit, quæ satis ostendunt, cum
nec doctrinæ apparatu nec ingenio, sed tempore, destitutum esse. Ac prævidit Vir Ma-
gnificus iniutissimam aduersariorum suorum censuram, illorumque criminationis
bus occurrit in Initio Academicis ibi sub initium Conatum Sacrorum hæc habet:
Non sum nescius, hec alia in latencia huius abripi, atque sic ferme morem etatis
magis ferre, sed, fratuer recti conscientia, non patior me huiuscemodi rumusculis ar-
canis nisi male animatos male ea de resenjatos, quibus emendacionem (cape tibi hoc,
loach me amicum appreco, Hæc sunt, L. B. quæ cum Nobilissimo DN. RESI-
DENTE examini Academico submittere voluimus. Is autem est, Vir nobilissimus
DN. IO. GODOFR. MEHNER, de quo, sive eius pietatem & modestiam, sive inde-
cessam diligentiam & iudicii præstantiam, considerem, nulla non bona sperare pos-
sum. Quem preinde, ut MAGNIFICIS DOMINIS PATRONIS DRESDENIBVS
de meliori demisse commendem, & juvem & iuam esse censeo, faustissima quæqua
VIRO IVVENI egregie spei ex anno precarus. Ceterum Tu, mi Loachimi Langi, mes-
mor Medicinæ mentis, Ante Barbars, Relationum Germanicarum & Epicrisis. Epis-
tolice, hunc potissimum in modum illis acclamare liber: GENITOR SIVE AVTOR
WESTER VOS GENIT, VANITATE AC MATAEOLOGIA EBRIVS.